









actio sancta generalis synodus basilienfis in spiritu sancto legitime congregata  
indidem per priorem soluti gubernandi ac unius alios prioribus canonicis  
sancti Augustini traiectens diocesis Elm et odpotentis dei beatorum  
to romi pontificis processerunt licet eis super hoc littere consona fuerint  
ssis Eugenius papa quartus attendens vere deuotionis plenam et  
etificat quos in domino nobis tunc sollicitos et amorem studium  
is monasterijs et locis eadem de ciuitate Coloniensibus si quibus  
ab eisdem ecclesijs monasterijs et locis et ciuitate trape ac missis  
a et honore nec non ad ornatum diuino cultui apto collato  
indultis apostolicis ac eadem excoecanomis sententia et alijs seculis  
uas de ecclesijs monasterijs siue locis predictis in quibus illat  
corum auctoritate sub quacumque uerborum forma concessis seu placitis de  
et alijs contrarijs nequaquam obstantibus die uidelicet vi Iduebris  
ana specialiter indulget Per hoc autem idem Eugenius papa prouideat  
aut sicut exhibita nobis per parte uera peticio continebat licet  
na apud sedem predictam nimis excessiue taxate solent commode  
e valeat quolibet dubitare volumus et auctore uobis ecclesie beatorum  
d de eo fide plenaria ubique sufficiat et uobis suffragetur  
ne et consuete ut profertur nec ad id alterius probationis seu  
ne pagina nostra uoluntate et constitutionis infringere vel e  
ne odpotentis dei et uobis ecclesie se nouerit incursum

ita et fideliter collatione est per nos per me Henricum Forsterum pa  
signali de uerbo ad uerbum quod praefata mandata ipsa

reintegrata vltim ecclesia videntur Dilas etne filijs mona  
rubcanodis prioratui et domori dicto mōsterio subiectoru  
i tione Ration congruit et conuenit equitati vt sup hys qu  
nson fuerit p nob concedantur legitima documenta Dudum  
alene et q pia benignitas sedis aplice dono gracie penalis u  
tūcat virtuosos vobis vt quasdam scōra reliquias de quib  
quibus pietate intuitu donare aut vos iustis modis acquire  
mīs seu bonis cōgruis de quibus vobis videretur ad debita  
colt conseruac libere et licite valeat quibusdam pūleg  
s seet penis in dantes aliquibz seu alienatōd huiusmodi scōru  
illatū seu illas abinde asportantes per sse Re sidmos potis  
tis de illis de verbo ad verbum forsitan fieri deberet mencio  
Aduebit pontificatus sui ano septo deuonod vte aplice auc  
regūditis ac censur et pēnis p dictis noluit in posterū de  
re sup indulto Eugē. v pē huiusmodi confecte non sint vos q  
modū face non possitis Nec ne ptea de ipō indulto dicti  
ore decernim q pntes lre p documento indulti huiusmodi et a  
ut Reliq q vobis liceat reliquias huiusmodi acquirē nec non recip  
seu pti admūdu quolibet requirant Nulli ergo odio homi  
el e temerario otiaue Si quis aut hoc attemptare pūpserit  
Basilee klas octobris Anno a natūate dñi Mō cccc cc

mag pabunod dion Imperiali aucte Notarū et conuocat mag





# ANNO-

TATIONES PHI.

Melanchthonis, omniū eruditiss.

In Euangelium Matthæi, pro

communi Christiani-

sni commo =

do.

Accessit Index rerum memo-

rabilium, quæ hisce Annotati-

onibus continentur.

L E C T O R I S.

**H**Abes hic denuo Christiane lector Philippi nostri Melanchthonis eruditissimi, simul etiam pietate Christiana insignis  $\chi\rho\iota\sigma\tau\iota\alpha\mu\alpha\tau\alpha$  licet in Matthæū, plurimū tamen amplexanda, his quoq; qui bene Christiane erudiri cupiunt. Vere enim simul spiritu ipso interprete, qui ueritatis est, hæc sua olim eo dictante, sacrorum studiosa cohors calamis excepit, quæ res facile perspicua erit, cum huiusmodi sincero animo atq; pio legeris, simulq; iudicaueris, minime turbido, ut solent pleri q; qui non tam Christiane recipu. (ut ipsi clamāt) timēt quàm priuatæ, quorū animi traditionibus humanis adhuc usq; ad eò infecti, ut facile quicquid pro salute animæ est, negligant non solum, uerum etiā impie contendant, quo minus illi quoq; quibus à deo forsitan nonnunq; concessum esset per gratiam suam recta ingredi, quæ bene Christianū decet, sequatur, quādo, qui furor est corū cū potētia, facile omnibus perturbatis, à gratia auocent. Tu qui firmior es, candidissime lector, melioribusq; conuersaris, hæc amplectere summo, quo potest, amore, uere enim e spiritu sunt, atq; in tuum commadum edita. Sic enim uniuerso Christianismo consultum iri non est quod dubitemus. Vale.

ANNO



2  
**A**NNOTA

**T**IONES PHILIPPI ME-  
**L**ANCHTHONIS IN  
**E**VANGELIUM  
**M**ATTHAEI.

**O**MNIVM PRIMVM REFERT  
scire, quid Euangelium sit, & quid generi hu-  
mano conferat, neque enim maiore malo aliquid us-  
quam ignoratur atq; Christus, qui in hoc carnem indu-  
it omnibus sese gentibus manifestaturus, quod uenerat  
omnes seruaturus audientes uerbo suo per fidem. Aut  
que crudelior est blasphemia dei, quam uel ignorare  
Christi, quem in terras seruatore[m] misit, nomen atq;  
signa? uel ex alijs disciplinis, q̄ huius salutem petere?  
Euangelij uero uim atq; rationē tenebimus, si cum lege  
contulcrimus. Itaq; de hac re primum dicemus.

**L**ex quaedam insculpta est animis nostris, quā na **Lex.**  
turalem uocant, estq; consiliū rationis nostrae, quo re-  
cta monentur. Est & quā deus dedit per Mo[ysen]. Iam  
uero & naturalis & diuina lex imperāt homini, quae  
a sequi humane naturae uires nequeunt. Semper enim  
aliō nos rapit morbus gentilitius, ex peccato Adae con-  
tractus, quae genuina quaedam propensio est in mēbris  
nostris, ad peccandū, ut nemo suis uiribus, affectuū su-

ANNOTATIONES P. MELAN.

orum compos sit. Nunq̄ nos non reos agit lex exigens debitū. Ideo propheta Esaias iugum oneris, uirgā humeri, sceptrum exactoris uocat legem. Hoc uero iugū legis imposuit humeris nostris deus, declaraturus nosmetipsos nobis. Et quia redēpturus erat hoīm genus, oportuit declarari peccatū nostrū, à quo nos liberaturus esset Christus. Solet itaq; lex peccatū declarare, coercere, terrere, ac metum incutere nobis, impellere ut odio sit legislator deus, deniq; ut fugiamus deum. Et propterea dictum est à Paulo, Legem iram operari. Deus uero immensa bonitate sua, per Christum decreuit abolere ius peccati, & legis tyrannidem, illius scilicet Christi merito, electis à mundi principio, gratiam impertijt, quæ propensio quædam est, id est, spiritus rapiens, qua ducimur ad recta, & uis quædam per quā tali ardore & animo rapimur ad bona, quali solemus per concupiscentiam rapi ad mala. Delapsus ergo in terras Christus hanc gratiam meruit humano generi, & in omnes gentes palàm predicari mandauit, quæ gratiæ annunciatio Euangelium est, faustum certe, scelixq; nuncium. Est itaq; Euangelium, sermo quo annunciatur Christus saluator, hoc est, quo delicta nostra abolita & deleta per Christum nunciatur creditibus, & spiritus iustificans nos prædicatur. Lex dicit, redde quod debes. Euangelium, crede Christo, & persolutum est debitum. Lex imperat quod non potes. Euangelium Christum tibi proponit, quem si inuoces

Quid Euāgelium.

si inuoces sitiens iustitiae, iam habes spiritum purgan-  
tem, novos affectus donantē. Itaq; nihil aliud est gra-  
tia, q̄ noui illi affectus, quibus ad caelestia rapimur.  
**L**ex dicit. Peccator es, despera, damnaberis. Euange-  
lium ait. Confide, conijce te in Christum, & crede per  
hunc deletum omne peccatum, saluaberis. In hanc sen-  
tentiam Paulus ait. Non erubescō euangelium, non pu-  
defacit me euangelium, sicut lex pudefacit nos & con-  
fundit nos. Euangeliū addit animum ut confidamus re-  
demisse nos Christum à lege, quod in hunc modū lice-  
bit intelligere, per Christū donari spiritum, quo lex  
impletur, & condonari, si quid deliquimus inestima-  
bili pretio sanguinis Christi, qui p̄ nobis effusus est.

C A P V T I.

LIBER GENERATIONIS

Iesu Christi

**T**itulus idemq; initium operis est. Solebant enī  
ueteres à titulis ordiri. Vt uisio. Esaiæ filij A-  
mos. Est aut̄ titulus ipsius Euangelij totius argumētū,  
quo Christi incarnatio prædicatur, quomodo carnem  
deus, & nos deum induamus. Nam ea demum est ab-  
soluta incarnatio, si nos ipsi uerbo incarnemur. In Mo-  
saicis libris generatiōes Adæ scribuntur, qui filios ge-  
nuit iræ & mortis. In Euangelio generatio Iesu Chri-  
sti, cuius soboles filij dei, atq; adeo uitæ sunt. Proinde  
uiranq; generatiōē propius intueamur. Per Adam

Generatio  
Adam.

A § propa-

ANNOTATIONES P. MELAN.

**Generatio  
IESV  
Christi.**

propagatum est peccatū in omnes homines. Per peccatum, mors, ut Paulus ait. Ex quo est intelligere, totum Adam, id est, totum hominē secundum carnem, id est naturam suam, peccatorem esse. Nam postquam gratia dei excidimus in Adam, successit sapientie ignorantia, ueritati mendacium et error, iusticie iniustitia, amor dei, amor uanissimarū creaturarū. Quid multis? successit uitae mors, quae adeo in nos peccati captiuos seuit, ut adspirare ad bona nullis uiribus nostris possimus. Hinc tot, tamq; uariae cupiditates permanant. Atq; haec est generatio Adae. Generatio Iesu Christi salutaris est, id quod Iesu Christi nomine significatur, eademq; summa salutis nostrae, filius dei carne induit, et a genere hominū peccatū in sese transtulit, ut nos peccato dominemur, non peccatum nostri, id est, ut affectus in nobis boni orientur, qui affectus peccati extirpēt et euellant. Renasci ergo nos oportet generatione Iesu Christi. quomodo? per fidem. Christus uerbum dei est, uerbo ut creata sunt omnia, ita recreari solēt. Christus delapsus est in terram, imbecillem hominis induens naturam, peccatum sustulit, spiritum iusticie impertit. Huic de Christo sermoni qui adheret, et peccatum suum in ipsum coniecerit, nomen Christi implorauerit, sitiens iusticie, hic in filium dei adoptatur. Ioan. 1. Quotquot eum receperunt, dedit eis potestatem filios dei fieri, uidelicet ijs qui credūt in nomine eius, qui nō ex sanguinibus, neq; ex uo-

ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt, id est, qui per fidem, misericordia dei adoptantur. Sanguines, uoluntas uiri, id est, humane nature nihil hanc regenerationem adiuuant.

Duplicem proposui generationem, altera peccati est, altera iustitiæ. Renasci non possumus, nisi peccatum prorsus demortuum sit. Atq; ut primū incipimus mori per baptismum, ita necesse est nos dimicare cū peccato, quo ad uiuimus, donec per mortem aboleatur. Mors enim iam nō poena, sed remedium fit peccati, ijs qui in Christo sunt. Sic regeneratio incipit per baptismum, & morte absoluitur, ut regenerari in Christo, nihil aliud sit, nisi emori Adæ. Morimur uero Adæ, cum cupiditatibus nature nostræ morimur.

FILII DAVID, FILII

Abraham.

Ambigua est oratio iuxta Hebraicam dialecton, utrum uelit Christum filium esse Dauidis, & filium Abrahæ, an Christum Dauidis, Dauidem Abrahæ. Vtrunq; legeritis, nihil refert. Sententia erit, Christū ex Dauide & Abrahā esse. Verū cur hos Christo patres ascribit. Mos est Hebræis ex patribus filios nominare, ut uisio Esaiæ filij Amos. Ita Matthæus Christi patres adiecit, sed in hoc à uulgari cōsuetudine uariat, qd' nō addit proximū patrē, id qd' fieri aliās solet. Id aut' ne fieret, in caussa fuit, q' Christus nō sit e uiri semine conceptus. Dauidē præponit, quanq̃ minorē

A 4 natu

ANNOTATIONES P. MELAN.

natu, quòd hæc gentis cõsuetudo fuit primum iuniores recensere. Sic in Genealogijs  $\pi\tau\alpha\lambda\lambda\iota\sigma\tau\omicron\mu\acute{\omega}\nu$  Deinde hos nominat, non tam quod eorũ in primis grata Iudæis memoria fuerit, quã quòd promissio de Christo nullis manifestior facta sit, quã Dauidi & Abrahamæ. ut Ge. 22. In semine tuo benedicetur omnes gētes Et psal. 131. Iurauit dominus Dauid ueritatē, & non frustrabitur eum. De fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Itaq; Christus & rex est, quatenus ex Dauid est, & pater multorũ populorũ, quatenus ex Abraham est. Rex noster, quia hostē humani generis deuicit, deditq; se pretium pro toto genere hominum, & uincendo nos adoptauit in filios. Nemo dei filius est, nisi qui uictrice Christi cruce genitus est.

IACOB GENVIT IVDAM ET  
fratres eius. Iudas autē & c.

**F**ratrum mentionem factam credo propter gentis Iudaicæ honorem. Nam ex Iacob duodecim tribuum israhel primores geniti sunt.

IVDAS AVTEM GENVIT  
Phares & Zaram.

Duo filij Iudæ quid. **I**udæ duo filij fuerūt, qui duos populos signāt. Zaram ex utero prior manũ protēdit, signatãq; est cocino manus eius, quã cū ille retraxisset, Phares prior elapsus est. Iudæi priores erant, legem testem promissionis habebant, qui cum manũ retrahunt, hoc est, Christo

Christo excidunt, nos gentes crumpimus. Significat ergo Matthæus Christum ad gentes pertinere.

IORAM GENUIT

OZIAM.

**Capite 3.** Ἡ γένεσις Ἰωάννου βασιλέως Ἰουδαίας. Profapia David recēsentur, ubi de Ioram sic leges, Ioram genuit Achaziam. Achazia genuit Ioam. Ioas autem genuit Amasiam. Amasias genuit Asariam. Asaria genuit Ioatham, qui ibidem Asaria dicitur, hic Hozias. Posteritas Ioræ deesse uidetur, qui fuit ex flagitiosissima muliere Iezabel, quia nihil cōmune habet, & à Christi genealogia per euangelium excluditur.

CONCORDANTIA LUCÆ

& Matthæi.

**Certum & perspicuum argumentum, consonantiã Matthæi & Lucæ in genealogia difficile probari, per omnes genealogiæ heroes. Desunt enim literarum testimonia postremis ijs, qui sequuntur Zorobabelem, qui proxime Christum præit. Verum certa quedã de prioribus extāt, ex quibus conijcere liceat, de postremis quid sentiendum sit. Ad David usq; prorsus inter eos conuenit. Deinde Matthæus ducit genealogiã per Solomonem, non tam recensitis qui ex Solomone nati sunt, quàm qui successerunt in regnum quomocumq;. Lucas uero exactus per Nathan Davidis filiũ, ducit genealogiam, ex quo nati sunt quidam regij nominis recēsi à Matthæo post Hozia. Nam Philonis**

Vide Annota. Erasmi.

A S autoritate

ANNOTATIONES P. MELAN.

autoritate defecit in Ozochia posteritas Solomonis. Successit aut Ozochie Ioas, natus ex stirpe Nathan, ad quē ius succedendi pertinebat. Atq; hic Ioas, ut à Luca, ita Philone Simeon cognominatur. Deinde qui Simeonē siue Ioam sequuntur ad Zorobabelem usq; alijs à Luca quàm à Matthæo nominibus nominantur, ut nō personarum, sed nominū sint discrimina tantū, & duplicia ijs fuisse nomina Philo testatur. Primus ex posteritate Nathā rex Ioas fuit, hic Lucae & Philoni Simeon dicitur. Amazias Leui dicitur. Hozias Mattha. Ioatham Ioram. Achar Heliezer. Ezechia Ieso. Manasses Her. Amon Helmada. Iosias Cosan. Ioachaz Addi (quanquā de hoc dubitē, neq; sanē probe uidetur quadrare,) Iehoiakī Melchi dicitur Lucae, Iechonias Neri. Post hos sequuntur Salathiel et Zorobabel. Haecenus uides Lucae cum Matthæo cōuenire, nisi quod totā posteritatē Solomonis Lucas obmisit, & pro ipsa posteritate Nathā recensuit. Apud Matthæum Hozias primus nominatur ex posteritate Nathā, qui Hozias est Mattha apud Lucā. Omisit enim Matthæus Ozochiā, Ioam & Amaziā quos recenset Lucas. Itaq; plures à Luca nominantur à Simeone qui Ioas est usq; ad Zorobabelē. Ideo Matthæi genealogiam explere potes, additis Ioas, Amazias, & postea Ioachas & Iehoiakim, nam duo eiusdem nominis fuerunt, Iehoiakim pater, & Iehoiachim filius.

Post Zorobabelem nominatur a Philone Rhesa,  
Ioanna



Ioanna, Iuda, quorū & Lucas mentionē facit, quibus quomodo cū Matthæo conueniat, ignoro. Nam de reliquis post Zorobabelem, nihil compertū habeo. Opinor autē diuersis nominibus alicubi eosdem à Matthæo recenseri, & Luca alicubi. Etiam legis patres pro naturæ patribus conscriptos fuisse. Neq; dubito quin à Matthæo non omnes uulgo, sed nobiles tantum recensentur. Itaq; ad Zorobabelem usq; probe conuenit, reliqui ignorantur, & conijcere licet, à Matthæo non omnes recensitos esse, & alicubi a Luca & Matthæo eosdem diuersis nominibus recenseri. Deinde et legis patres pro naturæ patribus usurpat. Nam lege iubentur frater fratris semen excitare.

IPSE SALVVM FACIET

populum suum &c.

Hæc prima est & perspicua de Christo cōcio, quis nā sit et quid collaturus uenerit, paucis itē uerbis proponens totius euangeliij summam. Hoc ipsum Christi Euangeliij præconiū nusquā nobis non inculcat scriptura Summa. Euangelica, nusquā non prædicat peccatorū condonationem per Christum, ut in eū nos totos reiciamus. Plurimū referre cēset spūs sanctus, ne Christus ignoretur. Ideo rem eādē crebro inculcat, hoc uero loco aperto et primo, ut ex eo quasi Euangelium uniuersum cognoscas, Christum uerum hominē declarat, ex uirgine natū cū ait. Quod natū est, ex spiritu sancto est, et ecce uirgo concipiet & pariet. Et deum esse submonet per nomē Emanuel

ANNOTATIONES P. MELAN.

**E**manuel. Deniq; illum aßcrit uenire in redemptionē nostram, cum inquit, Is enim saluum faciet populum suum. Quod dicit Emanuel .i. nobiscum deus, ostendit Christum incarnatum noui testamenti tessarā esse. An non & olim ante Christum, nobiscum deus erat? Erat quidem, sed alia ratione, ante Christum incarnatum nondū palām cognoscebatur. Lex erat, auxiliū legis implendæ proditum non erat. Peccatū erat, metus legis erat, nondū erat peccatorū manifestata remissio. Verū Christo incarnato, palām factū est auxiliū legis faciendæ, palām facta condonatio peccatorū. Iam ergo ppior et spectatior nobis dei benignitas est.

**A**nte Christum incarnatum maiestas dei & seueritas iudiciū cognoscebatur, sed incarnato uerbo, iam bonitas dei ineffabilis spectatur, qui se in sinus mulierculæ effudit, carnem nostrā induit, peccata nostra sustulit. Atq; hoc est quod propheta Hieremias scribit. 31. Post dies illos dicit dominus, dabo legem meā in uisceribus eorum, & in corde eorum scribam, & ego ero eis in deum, & ipsi erunt mihi in populū, & non docebit ultra uir proximum suum. Omnes enim cognoscent me à minimo ad maximum, quia propitiabor iniquitati eorum. Et Esaie. 59. Hoc fœdus meū cum eis dicit dominus, spiritus meus qui est in te, & uerba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, et de ore seminis tui. Deniq; in uiribus nature nō est, nisi formidare nomen dei seruiliter. Iucundū est igitur

igitur nuncium, cum prædicatur nobis deus, nobiscum  
 & noster esse, quæ prædicatio metum hunc seruilem  
 nobis eximit et temperat. Et tantum de primo capitulo,  
 nunc ad secundum. Fidci exemplum nota in Ioseph.

C A P V T I I.  
 CVM NATVS ESSET  
 IESVS in Betlehem.

**P**rimum magis, hoc est Persis sapientibus, siue  
 sacerdotibus, ostendit deus saluatorem, quo si-  
 gnificaret etiam Christum in gentes natum esse. Atq;  
 ut antea Euangelista, quid Christus uenerit, docuit, ita  
 modo adumbrat uocationem nostram. Primum stella  
 oritur, hoc est, lux quedam coelestis, quæ cum in tene-  
 bras inciderit, nos nobis ante oculos ponit, & siti qua-  
 dam diuinæ misericordiæ afficit, anxijis suspirijs ani-  
 morum, quæ uere deum sitiunt, querunt ubi nam sit  
 Christus saluator, qui natus est rex Iudæorum, auo-  
 cat nos à creaturis lux, ne quid ex eis solatij capiamus  
 Et ita nos nobis ostendit, ut captus tamen naturæ non  
 uideat, quod ad deum iter sit, per obscura quedam. &  
 semper contra naturæ affectus, consiliaq; ducit spiri-  
 tus, nec sentimus nos nisi uitia nostra, adeo non uide-  
 tur reconciliari deus, ut magis irritari putetur deus.  
 Hæc pugna spiritus & naturæ nostræ, primum fran-  
 git & humiliat. Quod carni iucundum, suaue, bonum,  
 uerum uisum est, hoc marcescit, inuisum, malum, men-  
 dax fit, donec adeo pura fiat mens hominis, ut nihil  
 præter

Stella quid.

ANNOTATIONES P. MELAN.

præter anxium dei desiderium in ea relinquitur, & cū propheta dicat, **Omne desiderium meum ante te. Itent, Quæadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum &c.** Affectus ille hic incipit, & absoluitur morte, nullum ad deum est iter, præter hæc anxia suspiria. Docemur itaque ex quo pendere nos oporteat, **Christum natum esse in Bethlechem hoc est, perueniri ad deum, non nisi per Christum natum in Bethlechem.** Ad hunc, quando quidem natus est in Bethlechem, hoc est, natus in infirmitate carnis nostræ confugiendum est.

ET TU BETHLEHEM

terra Iuda.

**Micheæ. 5. Et tu Bethlechem Euphrata, paruulus es in millibus Iuda,** quæ lectio plane diuersa est ab **Euangelistæ** lectione. Sed hic sententiã magis, quã uerba retulit. Nam si legas apud prophetã, per interrogacionem admirationis notam. **Tu ne Bethlechem?** quasi dicat, certe non. **Quare non?** Quoniã ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel. Hanc emphasim reddidit euangelista, addita negatione, quia hoc iam impletum erat quod antea propheta prædixit. **Ceterum paruula est Bethlechem specie, spiritu magna, perinde ut ecclesia in specie contempta, spiritu incluta.** Quo sensu & propheta paruam dixit. **Euangelista uero reuelato iam mysterio, magnam.**

UT ET EGO VENIAM

& adorem illum.

Exemplum

Exemplum impietatis proditum est. Sic solemus pietatis speciem omnibus nostris cupiditatibus prætere-  
xere, & ferè nemo est, cui non Idoli uice deus cola-  
tur. Præcipue tamen Herodes agunt ij, qui specie pi-  
etatis sua quærunt, qui in ecclesia tyrannidi suæ Chri-  
sti nomen prætexunt.

ORACULO ADMONITI.

Est argumentum spei & fidei, ubi sollicitudo dei p-  
suis commemoratur, ut Paul. Etiã Ro. 8. Qui proprio  
filio suo non pepercit, sed p nobis oibus tradidit illũ.  
Qui fieri potest, ut nõ cũ eodem omnia nobis donet?

ECCE ANGELVS DOMINI

apparuit in somnis Ioseph. &c.

Et hic locus impietatis argumentum est, quòd Chri-  
stus Iudæam, quæ speciem pietatis præ se ferebat, de-  
seruit & uitiosam Aegyptum sanctificauit. Id quod  
eò pertinet, ut intelligamus Christum uenisse, ut pec-  
catores saluos faceret. Deinde sententiam prophetae  
Osee, nõ frustra producit. Nã et illic apud Oseam, nõ  
tam de Christo, quàm de toto fideli populo legitur.

OBITER EXCEPTA

in caput tertium.

Christus fugit Iudæã .i. exteriorẽ cultũ et speciẽ. Ut  
sanctificaret Aegyptũ .i. ut q se peccatores & humili-  
les ostēderēt, saluaret. Christũ ex Aegypto uocari, &  
simul uniuersum mūdũ ex Aegypti uitijs uocari, ut in-  
telligamus Christũ uenisse i terras iustificãdi nrĩ gra-  
tiã.

ANNOTATIONES P. MELAN.

tia Bethlehem, id est, domus panis. Magi Persae sacerdotes. Stella est dei nostri gratia, quae in nos per Christum funditur. Bethlehem, uicus non procul ab Hierosolyma. Herodes uir fuit flagitiosissimus, qui aliquando proprios filios suos nece tyrannidis interemit. Ex quo Augustus prouerbij locum sumebat, inquiens, se male eius esse porcum quam filium. Cum autem uidiissent stellam, creditur ibi quendam fuisse angelum. Herodes omnes bimulos, aut minores interficere iusserat. Vox in Rama, id est, in excelsis. Rachel pro Bethlehem usurpatur.

¶ Allegorice sic interpretantur munera.

Per aurum, syncerum & purum spiritum.

Per thus, flagrantem in deum spiritum.

Per myrrham uehementem, & ardentissimam in dei gloriam, spiritum

C A P V T I I I.

**I**N Christi natali & infantia paucis tractatum est, cur genitus sit, quomodo nos uocemur stella duce, hoc est renascamur Christo, & prima rudimenta esse uitae Christi, pati aduersitates & exilia. Nunc autem aetas maturior prosequenda est. Inserimur Christo per poenitentiam & baptismum. Proinde de poenitentia & baptismo paulo pluribus agendum uidetur.

**Poenitentia.** ¶ Poenitentia est inuolutio uitae in Christum, quae in nouatio est peccatorum conuersio. Fit autem conuersio peccatoris in hunc modum. Spiritum gratiae transfundit deus

dit deus in animã peccatoris, qui p uerbũ dei repres=  
 sis primũ peccati affectibus terretur, affligitur, cruci=  
 atur, anxius fit pro peccato suo, adeo ut sitiãt spiritũ  
 iustificantẽ. Ibi nõ est peccatori perfugiũ, neq; quies,  
 nisi Christus, in quẽ si peccatũ reiecerit, per fidẽ ab=  
 oletur. Duplex est ergo gratiã opus. Primum humili  
 are, proximum tranquillare, erigere, gubernare. Pri=  
 mum opus facit gratia per uerbũ legis, secundũ per  
 uerbũ Christi. Horror et agnitio peccati ex lege est.  
 Absolutio peccatorũ per euangeliũ. Primum gratiã  
 opus significatur cũ dicitur, conuertimini. Proximũ,  
 & ego conuertar ad uos. Primũ opus fit per uerbũ Io=  
 annis, proximum per uerbũ Christi. Ioannes terret, ut  
 uehementius desideretur Christus. Eadẽ ergo pœni=  
 tentia est Ioannis & Christi, opera aut gratiã diuer=  
 sa. Deus terret per uerbum Ioannis, hoc est legis, &  
 simul impellit ad desiderũ gratiã. Christus mede=  
 tur, alioqui lex sine gratia, aut non afficit nos, aut ita  
 terret, ut desperemus, ac inuisus nobis fiat deus. Gra=  
 tia uero primũ humilẽ, desertũ, aridũ, sitibundũ red=  
 dit animũ, deinde serenat. Propterea Ioannis contio  
 uidet quã aspera sit & plena minarum. Ob id sacri  
 scriptores baptismũ Ioannis non habuisse remissionẽ  
 peccatorũ, dicunt. Solius enim Christi est condonare  
 peccata, trãquillare conscientia. Ioãnis baptismus nõ  
 conferebat gratiam, confert autẽ Christi baptismus.  
 Prophetã ubiq; gratiã cõmendant, prius iram &

Gratiã o=  
 pus duplex

Lex sine  
 gratia

B iudicium

ANNOTATIONES P. MELA.

iudicium dei indicant, ita hic Ioannes inquit. Securis  
ad radicem posita est.

IPSE VOS BAPTIZABIT.

**B**APTIZARE significat Christum deū esse & autorem iustitiae. Ne  
Spiritu san mo enim baptizat spiritu sancto & igni, praeter so=  
cto. lum deū. Baptizare autem spiritu sancto & igni, est  
dare spiritum sanctum. Summa, baptizare symbolū  
est remissi peccati, & poenitentiae signum. Credētes  
sibi Christus seruat, non credentes reijcit. Ipsi enim  
datum est iudicium.

COLLECTA.

**P**oenitētia est peccati mortificatio. Ex lapidibus,  
id est gentibus. Iam uero & securis, & c. id est de coe  
lo declarabitur ira dei super uos. Tangit clanculum  
Iudeos qui plus fiduciae habebant in Abraham, quam  
in eius fidem, & opera fidei. Ventilabrum domini,  
id est iudicium. Repurgabit aream suam, id est ter=  
ram & congregabit triticū, id est conuocabit electos  
in gratiā. Paleam autem id est non credentes in Chri  
stum, Baptismus sine fide nihil est. Baptismus nostra  
rum tentationum & aduersitatum est ancora.

CAPVT IIII.

**I**nscribimur Christo p baptismū. Hic uero symbo  
lum est uariarū aduersitatū, quibus perlui, & ex  
Cur tētatus purgari carnem oportet. Propterea & Christus, qui  
Christus. simul exēplū & autor est uiuēdi, tētari se permittit,  
ut auspiciat



ut auspiciã uitæ nobis in aduersis esse demonstret. Deinde, & antequam in publicum prodeat, ut doceat ijs qui præficiendi sunt alijs. uarijs esse præludendũ tentationibus. Neq; uero tantum exempli causa, sed & in hoc, ut per hanc uictoriã nos uinceremus, omnes enim uictoriæ, omnes triumphi Christi omniũ credentium sunt, atq; ut mortaliũ nemo cauere ullũ genus insidiarum queat, nisi uicißet Christus, ita nos modo uincimus non nisi ipso uictore. Ipse sese nobis donauit, ut præsto sit auxiliũ, quoties anxij & solliciti poscimus.

**P** Principio quod ductus est à spiritu dei, ut tẽtaretur ingēs solatiũ est omnibus qui tẽtatur, diuina scilicet uolũtatis opus esse aduersitates. Nihil tamen in nos iuris habet demon, nisi deus permittat, neque pmittit tẽtari nos supra q̄ ferre possumus. Quod ait. Si filius dei es. Vafrum cõmentum est, quo si non obtemperet tentatori, blasphemus esse, & gloriã dei negare uideatur, Ita nomen dei prætextitur malis conatibus. Hic & nos admonemur, uẽturas nomine filij dei insidias, ubi spiritus probandi sunt, num sint ex deo.

**C** Chrysostomus tria genera tentationũ esse censet, uentris, uanae gloriæ, & auaritiæ. Verũ estimari nõ posse crediderim, quã sublimes, & arduæ insidiæ fuerint. Et ut prima fit fames, puto hic comprehendi oēs illecebras, quæ ex creaturis quocunq; modo huius uitæ oblectandæ gratia oriũtur, nisi & hic fames spiritus adũbratur, quæ tẽtatio fidei est, per quã demon

Aduersitates.

Tria tentationum genera.

Fames spiritus.

B e imagines

ANNOTATIONES P. MELA.

imagines quasdam seu simulachra Christo obiecerit, cum fide pugnancia, cum inquit. Ecce lapides, hoc est crassam imaginationem et ratiocinationem humanam. Respondit autem Christus. Verbo dei, dei inquam, non hominis nos **Signa postulant.** Secunda tentatio, dei signum postulat. Qui signa postulant, solliciti sunt de rerum euentu, atque adeo praedestinationis cura tenentur. Tertia cadere et adorare deum quid. re demonem, blasphemiae tentatio uidetur, per quam surgunt in nobis affectus quidam, non esse deum iustum, uerum, misericordem. Breuiter contemptus quidam dei.

DOMINUM DEVM

tuum adorabis.

**Perfectio** His uerbis **exigitur** ab homine perfectio, et integra mandatorum dei obseruatio. Soli deo seruire, est abdicatis omnibus creaturis uni deo adherere. Quod quidem fieri non potest, priusquam caro nostra prorsus fuerit redacta in cineres. Porro qui amor nostri est, quoad uiuimus, fieri non potest, ut non ex aliqua parte nostra queramus. Vnde propheta inquit. Quid adhuc claudicatis utroque humero, scilicet Deo et Baal seruientes. 5. Regum 18.

Querunt nonnulli possit ne opus bonum fieri extra gratiam? Respondeo, nequaquam. Imo nec in gratia quidem perfectum opus fieri potest. Nam quae facimus, eiusmodi sunt, ut ferè amore nostri faciamus, aut seruili metu, quae uere peccata sunt, quum ita se homo idolum quoddam statuatur.

statuat. Solus aut Christus iustitia, uita, pax est, & ueritas, contra nos mors, peccatū, tenebræ, & mendacium. Nā hæc sunt perizonata, quæ è foliis arborū uel amore nostri, aut metu pœnæ peccatis præteximus.

APPENDIX.

**¶** Quæcunq; Christus uicit, ita uicit ut nos per eū uincamus. Nō enim uicisset Christus, nisi membra fortiter quoq; uincere potuisset, ideo quoties tentatio oboritur, ad Christum protinus, qui uictoriæ autor est, uenit confugiendum.

CVM AVDISSET AVTEM IESVS.

**¶** Christus uitā darū sectarū gratia opinor, in Iudea non antea cœpit docere, q̄ Ioānes in uincula cōiectus est. Vidit duos fratres iacentes rete in mare. Retia sunt curæ rerū humanarū, quibus relictis sequuti sunt Christum.

AUCTVARIVM.

**¶** Alibi Petrus ait. Tota nocte laborantes nihil cepimus, id est in tenebris, in peccatis, in cupiditatibus laborātes, nullū fructū fecimus. Quoad extra Christū simus, in tenebris fluctuamus. Veniēte Christo si eius nomie rete aquis iniecerimus, piscibus, id est fructibus spiritus illud implemus. Inde territicum Petro dicimus, Exi à me domine, quia homo peccator sum, qui affectus maior est, quam ut exprimi possit.

CAPVT V.

**¶** Contio capituli huius explicatio quedā diuine  
B 3 legis

## ANNOTATIONES P. MELA.

**Legis opus.**

legis est, à qua Christus ob id orditur, quia peccati gratiā facturū uenerat, necessario prius legem proponens, qua condēnet nos, id est, ostendat nos peccatores esse, & indigere gratia sua. Datur enī spiritus gratiæ ijs qui lege terrētur. Consolatur Christus & confirmat, quos lex frāgit. Leges humanæ opus quoddā externū imperant tantū, diuinæ uero & spiritū, hoc est affectū exigūt. Itā & duplex est iustitia. Operū externorū, quæ est iustitia legis, apud Paulum. Et iustitia affectuū, quæ est iustitia Christi, id est quā in nobis facit Christus. Nam cū nō sint in potestate nostra affectus, omnino spiritu cœlesti nobis opus est, qui affectus immutet, tēperet, ac moderetur. Nam quādo nunq̄ non scaturiūt affectus in nobis mali, semper nos diuina lex uos agit, ob id & semper gratia opus est.

### BEATI PAUPERES SPIRITV.

**Principio à beatitudine orditur, quòd huc omniū hominū uota tendant.** Nihil enī agimus, quin inde nobis bene beateq; esse uelimus, qui philosophiæ quoq; scopus, quomodo scilicet beatos fieri liceat. Christus beatitudinis uia, atq; rationē plane pugnantē cū naturali & philosophica ratione præscribit. Atq; hic hominū cū nosmetipsos ante oculos nobis ponamus, spectaturi undiq; & quā miserī, & quā prorsus peccatū simus, & quāta sit diuina erga nos benignitas, quæ misso in terras filio, tenebras nostras discusserit. Nulla quippe hominū ingenia, tam perspicacia fuerūt, quæ uerā beatitudinis

beatitudinis rationē cernere potuerint, neq; assequi, quā uel ipsi præscriberent. Beatitudo uero in his est, per quæ nobis bene est, naturæ uero nostræ bene est in uitij, ideo naturæ peccatricis beatitudo est in uitij. Hinc ut aliū opes, aliū luxus, alium alia cupiditas trahit, alios alij affectus alliciūt, ita aliorū alia est beatitudo. Philosophi quādā beatitudinis uia præscribunt, fictitiā planè. Fictitiæ enim sunt uirtutes philosophicæ. Christus uero semel euertit omnes naturæ nostræ cupiditates, oīa philosophorū cōmenta, cū dicit. **Beati pauperes spiritu,** neq; iter tantū indicat, sed et spiritū impertit, qui ducat nos. **Quod si uerbū Christi quis pprius intueri uelit, intelliget beatos dici pauperes spiritu,** hoc est, qui sunt fracto, cōcusso, egro, et cōtrito animo, & propè desperabūdo, atq; adeo quorū fiducia in nulla creatura, neq; in seipsa est, id quod alij humilē, abiectumq; spiritū uocāt. Horū est regnū cœlorū, id est, in tales effundit deus regnū uirtutum. At nostræ naturæ affectus, ac diuites spiritu, beatos censet philosophia, hoc est, animos cupidos magnarū rerum, & sibi confidentes.

Aliorū alia  
beatitudo.

**Pauperes**  
spiritu.

**BEATI QUI LUGENT.**

**Hic affectus sublimis est.** Lugēt autē quos ita in cognitionē sui cōiecit deus, ut in se nihil præter peccatū, maledictionē, & furorē dei agnoscat, sic conscientie mille cruciatus sunt. Sic luxit David psal. 76. **Renuit cōsolari aīa mea.** Sic Iob. 42. **Idcirco meipsū**

**B 4** reppen

## ANNOTATIONES P. MEL A.

reprehendo & ago poenitentiam in cinere. In ea afflictione promittit nobis Christus consolationem, hoc loco cum dicit, quonia ipsi consolationem accipient. Constante itaque deo fidedum est, & ab ipso expectanda consolatio.

### BEATI MITES.

**F**ruetus aduersitatum. Paupertatem spiritus mansuetudo sequitur, hoc est facilitas quaedam & tractabilitas, qua facile semel re tusis affectibus nostris, quiduis patimur, facile auellimur ab ijs, in quibus haerebamus. Planeque hic fructus est uariarum aduersitatum, quibus ita mollimur, ut dicere cum propheta libeat. Paratum cor meum, & bonum mihi, quia humiliasti me, & factum est cor meum, sicut cera liquecens in medio uentris mei. Hominum uero ratio docet beatos esse pertinaces, & sua constantiter defendentes.

### BEATI QUI ESURIUNT & SITIUNT IUSTITIAM.

**I**nde fit ardens sitis iustitiae, hoc est anxiu desideriu gratiae coelestis. Sic psal. 142. Anima mea sicut terra sine aqua tibi, uelociter exaudi me domine, defecit spiritus meus &c. qui psalmus totus huc pertinet. Item, Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deum fontem uiuum. psal. 41.

### BEATI MISERICORDES.

**M**isericordem esse, est adiuuare liberaliter, re, opere, & consilio, quod item citra gratiam fieri nequit.

Beati

BEATI MVNDO CORDE.

**M**undi ab impuris affectibus deū uidebūt, hoc est, rectā ad deū contendunt, quoniā ij deū uidebūt, id est, opera dei intelligent, ipsius opus in nobis agnoscent. Ingens dei beneficiū est, opus ipsius in nobis agnosce re, adeo, ut propheta dicat. *Adiuua me & saluus ero.* Psal. 118 & meditabor in iustificationibus tuis semp. Itē, in opi bus tuis meditabor die ac nocte, qui & optime opus dei agnouit, etiā i maledictiōe .2. Reg. 16. Cū dixit. Dominus enim praecepit ei, ut malediceret Dauid.

BEATI QVI PERSECV= tionem patiuntur.

**P**ersecutio ideo extremo loco numeratur, quia nō potest esse interna pax, nisi fuerit externa persecu= tio. Ita psecutio est quasi lydius lapis oīm bonorū ani mi affectuū. Nihil enim aeque humiliat ac persecutio.

Symbolum  
Christiani  
militis

BEATI ESTIS CVM probra in uos etc.

**O**stendit quomodo mundus excepturus sit omnes qui ueturi erant, ut praedicarent euangelium, quomo do autē predicaturi sint, dicitur capite decimo.

VOS ESTIS SAL TERRAE.

**H**ic locus pertinet ad omnes qui docent euāgeliū. Praecipue autē ad episcopos. Sal rerū scientiam, lux uita candorē & integritatē significat. Vtrūq; aut

Sal.  
Lux,

B S in e=



ANNOTATIONES P. MELAN.

in episcopo, hoc est, in eo qui plebem Christi regit, requiritur. Sal euanesce, id est desinit esse asperum metu aduersitatis, quae calamitate proculcatur uerbum dei. Lux autem extinguitur, cum nos gloriae nostrae in-feruimus. Duo ergo hic prohibentur, metus rerum aduersantium, & ne insolentius attollamur.

NE EXTIMETIS QVOD

uenierim ad destruendam legem.

**H**is & antecedentibus uerbis admonemur duo in primis esse obseruanda. Primum, Omnes nos legis uniuersae debitores esse, hoc est, tam operum quam affectuum. Quod patet ex Decalogo, ubi praecipitur ne concupiscamus, et alijs pluribus locis, quibus fructus carnis & fructus spiritus numerantur. In primis ad Romanos octauo capite ubi affectum carnis mortem esse dicit. Maxime tamen hoc loco, non praeteriturum uota unum aut apicem, quin omnia fiant, quod est, neminem saluum fore, nisi impleta tota lege, hoc est, nisi ipsa concupiscentia & omnibus eius fructibus radicitus sublatis. Idem docet Paulus ad Roma. 6. compendio legem perstringens. Idem Christus. Nisi quis abneget semetipsum. Neque est discrimen hoc loco ullum, inter praecipua & consilia. Omnes affectus qui hic exiguntur, lege praecipuntur. Deinde quod Christus dicit se uenisse ut compleatur lex, idem est, quod Paulus ait ad Ro. 3. non aboleri legem sed statui. Hoc est Christum dare spiritum, per quem affectus nostri immutentur,

Lex statuitur.



mutetur, & rapiatur ad faciendam legem. Postea si quid delinquitur, confugientibus ad Christum per illius nomen condonari. Ita Christus implet legem. Sic et Paulus ait, Christum esse finem legis, quod & spiritum gratiae dat legis factorem, & hostia est pro delictis nostris.

**QVIS QVIS IGITUR SOLVERIT**

**M**inima peccata intimos affectus animi uocat, magis consuetudine loquendi, quam quod minima uocari debeant. Sic & hodie discrimen faciunt inter peccata mortalia & uenialia. Cum tamen omnis affectus concupiscentiae sit peccatum mortale. ad Ro. 8. et Iacobi 1. Atque ipsi qui sunt extra spiritum gratiae omnia sunt ad mortem, ipsi uero qui sunt in Christo affectus non imputantur, modo non dent locum illis per consensum, sed aduersum eos dimicent. Ro. 8. Nulla condemnatio ipsi qui in Christo sunt. Mandata minima, affectus & cogitationes sunt. Minimus uocabitur, id est, non uocabitur in regno caelorum.

**MINIMVS VOCABITVR**

in regno caelorum.

**E**t hic locus perfectionem exigit a nobis, & mox in sequentibus Christus pharisaicam iustitiam reijcit, exigens integram iustitiam spiritus, hoc est, affectum. Est autem iustitia pharisaica simulatio operum externorum, quae sunt humanis uiribus, metu legis, siue affectatione commodi. Iustitia uero spiritus est liber impetus ac raptus ad bona, siue noui affectus, quos in nobis deus contra naturam affectus creat, quae iustitia contingit nobis per Christum.

Judeorum opinione uocantur minima uel prorsus nulla.

Iustitia duplex.

ANNOTATIONES P. MEL A.

stum, ut quisquis affectus in suo genere acer ac uehementis est, ita cum eo dimicandum est per nomē Christi  
**NON OCCIDES.**

**I. Ioan<sup>3</sup>.** **Christus** uniuersam legē ad affectus transtulit, ut homicidæ appellatione primū continētur, qui re ipsa eadem faciunt, deinde omnes qui affectu, hoc est irascuntur, aut oderūt fratres .i. quencumq; hominem, sicut Ioannes dicit. **Qui odit fratrem suū homicidæ est.**  
**Tertio** qui duri sunt & inexorabiles, contēptoresq;.  
**Quarto** conuiciatores, calūniatores, & id genus aliū.  
**Obs**eruabis aut eā ipsam pœnam cōminatam esse irascētib; quam lex infligit occidētibus. **Tertius** gradus præcepti huius, quo prohibemur fratribus racha dicere, signū uidetur rancoris significare. Vt sicut superiori gradu mandauit nō irascendū esse, ita hic quoq; signa rancoris deponēda. **Mihi** uero in uoce racha uidetur esse contemptus, & latenter significari, ut nō solū homicidæ sint, qui irascūtur aut oderūt, sed etiā qui ad eo duri sunt, ut reijciant hominē à se, quē odisse uideri nolint. **Qui** affectus proprie superbiorū iustitiorū & potentū est, q. d. quid mihi cū hoc homine? **Minor** est atq; adeo uilior quā quòd uniri cū eo debeat. **Imperat** ergo hoc loco ut simus faciles, comes, cōmunes omnibus, ne personas acceptemus. **Exhibeamus** nos benignos et placidos inferioribus, qui nostra opera libēter uterentur. **Non** igitur satis est nō irasci sed opus est interim illi, quoq; quē non oderis, te faciliē prestare

præstare beneuolūq; Nec censerī possunt peccata uenialia, si huiusmodi præcepta trāsgradiamur. Nepe quæ nō reos faciunt iudicij .i. cōdēnationis & mortis.

Nec; enī iudiciū nisi pro cōdēnatione accipitur. Vt satis cōstat, ubi dicitur. Quisquis occiderit, obnoxius erit iudicio, quā ipsam pœnā Christus irascēti infligit

**V**ocabulū gehēna significat locū supplicij. Est autem inde factum, quod prope Hierosolymā fuit locus quidam, quem habitabant filij Ennon. In eo solebāt sacrificare humanis hostijs Iudæi, propter quod flagitiū comminabatur deus per prophetam, & illic se occisurum Iudæos, inde pro loco supplicij usurpatū est. Ge autem Hebræis uallem significat.

Gehennā.

**SI** **O**BTVLERIS munus tuum ad aram.

**O**perū quedā necessaria sunt, quedā nō sunt. Necessaria sunt, quæ lege diuina mādantur. Non necessaria quæ in nostro arbitrio posita sunt. Est igitur perpetua regula, nullū opus nō necessariū ualere, nisi prius necessariū absolueris, sicut & infra. c. 23. scribitur.

**V**e uobis scribæ et pharisæi et hypocritæ q̄ decimatis menthā, & anethū, et cyminū, & reliquistis quæ grāuiora sunt legis, iudiciū, ac misericordiā, & fidē. Breuiter sicut omnis lex superior, est regula inferioris, ita moralia ceremonialibus præferenda sunt.

**H**A **B**E **T**O **B**E **N**E **V**O **L**E **N** =

tiā cum aduersario tuo cito &c.

**A**duersarius hoc loco Græcis significat eum, qui cū altero

ANNOTATIONES P. MELA.

altero iudicio contendit, ut nō solū sit epilogus supiorū, sed mandatū peculiariter ptinens ad iudicia. Non enim licet contendere iudicio. 1. Corin. 6. Iam quidem omnino delictū est in uobis, quod lites habetis inter uos inuicē, cur non potius iniuriā patimini? cur nō potius damnū accipitis? Nec propterea sublatis sunt iudices. Est enim in ecclesia potestas siue gladius in iudiciū, hoc est, ad coercendos malos. Vnde nō licet priuatim ulli cōtendere iudicio. Sed magistratus excubet & uigilet, ne quam iniuriam à malis patiantur boni.

NON COMMITTES ADULTERIVM:

Iterum docemur lege exigi affectus, non enim simpliciter dicit qui alterius uxorem conspexerit, sed adiicit insuper, ad concupiscendam eam, iam adulterium commisit cum ea in corde suo.

QVOD SI OCVLVS TV=  
us dexter &c.

Poteris &  
per oculū  
affectū &  
cōcupiscēti  
am accipe  
re.

Oculus consultor siue doctor est, qui si scandalo tibi fuerit, hoc est, si consuluerit, quod est præter mandatū diuinum, erue illum, & abijce abs te. De inde manus dextera significat amicum charum, qui si impellat nos ad opus aliquod contra mandatū dei, reijciendus est. Hic locus obijciatur humanarū legum studiosis, potissimum ijs, qui conantur quæq; pro sua libidine sursum deorsumue uersare, nihil curantes ijs suis traditionibus (si fieri possit) uel euāgelium intercipi.

Dictum

DICTVM EST AVTEM.

Quicumq; repudiauerit &c.

Diuortium magis esse nomine quam re uidetur, ubi segregatur uir & mulier, ita ut neutri liceat alij connubio se obstringere. Ideo ius est dimittendi uiro, aliam ducere, aut dimissa mulieri alij nubere, nisi ille arceatur, qui in culpa fuerit, quod prius matrimonium solutum est. Verum, nec id fieri debere opinor, nulli plane poena impossibilis iniungenda est, qualis esset caelibatus in illo, qui non posset capere uerbum istud.

Diuortium  
hodie quid.

NON PEIERABIS, SED

per solues domino. &c.

Iurare est deum testem adhibere. Ius iurandi religio in eo est, quod ut deus uerax est, ita nos uerum polliceamur. Ergo qui uiolat iusiurandum, ueritatem dei negat, & non solum contra secundum praecipium, sed & contra primum peccat. Imo secundum praecipium in primo proprie comprehenditur. Verum quia periurium tam execrabile est, duobus praecipis prohibetur. Deinde tantum flagitium est, ut satius sit omnino non iurare, quam peierare aliquando.

In hanc sententiam exponunt aliqui, quod hoc loco scriptum est, non iurandum esse, admonitionem esse, qua iurandi consuetudo temperetur. Ne quando id quod in procliui est peieremus. Aug. sic cum aliis, tum in libro contra Faustum Manichaeum undeuigesimo. c. 22. Item quia peierare graue peccatum est, non iurare aut sicuti ue-

Num iura  
re licet.

ANNOTATIONES P. MELAN.

ti uerum iurare nullum peccatum est. Sed longius re-  
motus est à false iurādo, qui nec iurare cōsueuit, quā  
qui uerum iurare procliuis est. Maluit nos dominus et  
non iurantes non recedere à uero quā uerum iuran-  
tes propinquare periurio. Itaq; Apostolus in sermo-  
nibus quos habuisse narratur, nūquam iurauit, ne iurā-  
di consuetudine uel nescius in periuriū laberetur. In  
scripturis autem, ubi est consideratio maior, pluri-  
bus locis iurasse inuenitur, ne quisquam putaret, etiā  
uerum iurantem peccare, sed potius intelligeret hu-  
manæ fragilitatis corda, non iurando à periurio pror-  
sus conseruari. Sententia itaq; Augustini est, iurandi  
consuetudinem interdictam esse, iurare non item. Ve-  
rum si liceat, hunc euangelicum locum paulò latius ex-  
plicabimus. Primum ut uniuersa lex affectum impe-  
rat, ita & hic affectū iurandi prohibet Christus, ut &  
animis simus adeo cādidiis, simplicibus, minime suspi-  
tiosi, ut libenter alijs credamus, ne cuiquā extorque-  
amus iuramentū. Et ipsi semper uelimus nō iurare,  
propter reuerentiā diuinæ maiestatis, corā qua non  
possumus non mendaces esse. Hoc uero & sequentiā  
inducant. Porro scilicet quod ultra hæc adiungitur, ex  
malo proficiatur. Vbi in Græcis est πονηρὸν quod  
prauū, malitiosum, sinistrū, iniquū significat. q. d. si  
ab alijs extorqueas iuramentū, uel ipse facile præstes,  
animo sis, necesse est, suspicioso, diffidente, malitioso,  
& leui, non reuerenti ueritatis diuinæ.

Deinde

**D**einde quæ prohibentur, quædam secundū natu-  
 ram suam adeo mala sunt, ut benefieri nō possint, qua  
 lia sunt, adulterium, incestus, &c. Quædam cōside-  
 rata cum superiori lege (ut occidere hominē, cum eo,  
 quo uult deus gladio fontes puniri) benefieri possūt.  
 Ita iurare non licet, sed comparatū cum superiore le-  
 ge, puta, unum cole deum, id est, propter gloriā dei,  
 aut ut diligas proximū tuū sicut teipsum, id est, pro-  
 pter necessitatem proximi, uel etiam suiipsius, si ex-  
 torqueatur, iurare licet. Dico autem propter necessita-  
 tem proximi, si extorqueatur, quia tunc interest glo-  
 riæ diuinæ, ne ueritas obticeatur, & opprimatur. Sic  
 Paulus iurauit aliquoties in epistolis suis. Referebat  
 enim gloriæ dei bene sentire de Paulo, gētes et Iudæ  
 os. Sic & saepe prophetas iurasse constat. Refert enī  
 gloriæ diuinæ, credi uaticiniū dei. Male ergo propter  
 temporalia iuratur, quia in illis nulla tanta necessitas  
 est, ut, quæ iudicare prohibemur, quomodo pro illis  
 necesse sit iurare. Secus si agitur negocium dei.

Quæ pro-  
 hibentur di-  
 uersa sunt.

Vbi iurare  
 liceat.

**I**tem hic obiter admonendū est, quod quidam pro  
 iurandi licentia adducūt ea, quæ ad Heb. 6. ponūtur.  
 Omnis controuersia finis est, si accedat iusiurandi cō-  
 firmatio. Argumentum esse à simili, ubi argumenta-  
 tur Paulus à uulgari hominum consuetudine, & argu-  
 menti non refert, siue consuetudo bona sit, siue mala.  
 Item refert argumenti, quod cōseruetur id quod iure  
 iurando addictum, siue peccet qui iuret, siue non. Præ-  
 standum

C standum

ANNOTATIONES P. MELAN.

standum enim est, quod iuratur, nisi rem illicitam quis iuret, ut occidere proximum, & huiusmodi.

OCVLVM PRO OCULO.

**E**t hæc lex ad affectus pertinet, ut animis simus adeo tolerantibus & equalibus, ut non solum illata iniuria benigne feramus, sed & laturos simus, si quid grauius inferatur. Adeo nos oportet ab omni rerum humanarum affectu cura & gloria liberos esse. Neque uero periculum, neque resp. periclitetur, sublato uindicandi iure, licet enim fontes punire et de rebus sublatis decernere. hic uero statuitur, ne quis alterum accuset priuatae iniurie, tamen interest magistratus, ut eum qui intulit

**Magistra =** iniuriam, puniat, aut res ablatas tibi restituat. Sunt enim **tus Christi** magistratus in ecclesia, propter punienda peccata. Et **ani officium** Christiani magistratus est anteuertere delationes & accusaciones. Breuiter, huius legis amussis charitas est, quæ non querit quæ sua, sed quæ aliorum sunt. Illata est iniuria, patere, & minoris puta, quæ ut propter eam commune charitatis uinculum soluas. At si iniuria commune ciuitatis statum uiolat, accusa, modo salua sit charitas. Diuersa sunt itaque mandata, ne uindices, & puniri fontes, quorum utrumque conseruandum est. Ne uindices, priuatim ad singulos pertinet. Puniri fontes ad magistratum. Sic Petrus Ananiam puniuit. Sic Iudæis mandatum erat Chananeas occidere. Sic propheta passim imprecantur populo, propter crimine impietatis, propter impietatem & Helias sacerdotes Baal occidit.

Vide



Vide Augustinum contra Manichæos, tertia parte.

PETENTI ABS TE DATO.

**E**t hic locus de mutuo, ad cōmunionē euangelicā pertinet, quæ in spiritu & affectibus consistit, ut ita possideas opes, ut eas pro fratrum necessitate cuiq; libere impertias. Nam tantū ex ijs alijs debes, quantum tibi. Et opes à deo tibi datas memineras, non tui, sed fratrum causa, & ut alijs suppedites, alijs hac parte inseruias, sicut omnia bona, non propter nos, sed ut alijs seruiant, coelitus dantur, ad Rom. 12. Dicis actū est de re mea, si mea omnibus pariter permiscero. Respon- det Paulus 2. Corinthi. 8. Non ut alijs sit remissio, uobis autem tribulatio. Obserua igitur rerū communita- tē nō in eo esse, quod quis fortunas suas in omnes pas- sim semel dilapidet, sed quod egenos ad laborē impo- tentes, ne famem aut sitim patiantur, eripiat. Imō mandatum est cuius, ut laboret, ut curet rem, nempe seruiturus alijs. Huc pertinet locus ille. 2. Theſsal. 3. ubi temere mēdicantes prohibentur. Deinde in eo est rerū communio, ut curatas per te opes subministres necessitati aliorum. Non est igitur euangelica commu- nio paupertas illa fictitia cōnobiōrū. Ita lex diuina imperat, spiritui omnia esse communia debere, & ta- men permittit iure humano alias alijs possessiōes assi- gnari propter malos. Sic Augustinus. Iure humano dicimus, hæc uilla mea est, non diuino.

Communio  
euangelica.

Mendican-  
tes temere.

**I**n lege, Nō occides, hæc insunt. Nō ledere si nō

C 2 sis læsus

ANNOTATIONES P. MELA.

*sis laesus. Deinde, non ledere grauius quàm sis laesus, non ledere tantum quantum sis laesus, omnino non ledere, atq; adeò non indignari, ut malis amplius ledi, non auersari ledentem, postremo diligere ledentes. Ita in lege. Non furaberis, nec cui auferas per uim, ne contendas iudicio, ne insidieris possidenti, ne inuideas locupletiori, communica, imperti ei, qui non habet, & sic de reliquis.*

CAPVT VI.

**I***ustitiã facere coram hominibus, cõplectitur primo uanae gloriae studium, deinde metũ legis, comodi amorẽ, item uoluptatem, quam capimus ex rebus (ut uidentur) bene gestis, postremo, fidutiam in opera. Hac simul hic prohibentur. Potissimum autẽ fidutia in opera, quæ uere est idololatria quaedã, cum in creaturas, & non potius in solam dei misericordiã confidimus, cum & opera adeo nihil mereantur, ut ne debitum quidem persoluant. Superiore capite internos affectus exigi docuit, hoc sexto, qualia debeãt esse externa opera, prescribit, quæ secundum internos affectus uideantur, è quibus nascuntur opera uel bona uel mala.*

**Idololatria quid.**

**Pater noster, qui es in caelis, &c.** De oratione dominica si uidere quid cupis, Lutherum adi, qui in hac ut non admodum exiguum, ita non poenitendum scripsit commentarium. Nolo ego Iliadem post Homerũ scribere.

POR=

PORRO CVM IEIUNAUERITIS.

**E**t in ieiunio gradus quidam uitiorū uitandi sunt, scilicet uanæ gloriæ, commodi studiū, operum fiducia. *Ieiunium.*

Ceterū labor externus est ieiuniū, qui per sese nihil ualet, nisi accomodetur carni domadæ. Sicut ad Thimotheū Paulus. Abstinentia ad pauca utilis est, pietas ad omnia. Est & ieiuniū internū, quod abstinet à peccando, imperat cupiditatibus. Præterea est & ieiunium quoddam spiritus sitientis gratiā, quæ sitis oritur in nobis ex eo, quod cernimus impares nos esse uincendo peccato. Itaq; qui cū peccato suo non dimicant, saturo spiritu & fastidiente gratiā, non recte ieiunant.

LVCERNA CORPORIS

oculus est.

**O**mne opus externū eiusmodi est, qualis est affectus internus, nā id oculus significat. Deinde ut interest inter oculū simplicē & non simplicē, ita interest inter bonā & malā. Oculus aut simplicis, est affectus, qui recta tendit ad deū, ad humanas cupiditates declinās minime. Oculus uero nequā uel malitiosus, affectus sinister est, qui non recta ad deū contēdit, sed diuertit, declinat ad creaturas, qui affectus proprie naturæ humane est. Impossibile est enim, quin se maxime diligat homo cum deū non diligit. Proinde & oculus simplex deum tantū querit, oculus uero nequam, suū, licet in speciem uideatur deum querere, cum affectatione commodi id faciat. Constat ergo hoc loco, nihil interesse

Oculus simplex.

Nequam.

ANNOTATIONES P. MELAN.

teresse inter opera bona & mala in speciē. Sed omne aut bonum esse, & oculi simplicis, aut malum, & oculi malitiosi, id est affectus nequam et maligni.

Nesciat sinistra tua, id est cupiditas animi. Dextera tua, id est dexter & rectus animus.

Eleemosyna tua sit in occulto. &c. id est in synce- ro affectu spiritus. Videt in occulto, id est, qui uidet corda & affectus. Cum oraueris. &c. id est qui per- sonatis animis fundunt preces.

Benigne Christus dissuadet, ne spiritū turpi cupi- ditati accomodemus, item ne impijs precibus oremus. Non orate ut soliti orare, ut in hoc uideamini aliquid boni agere. In angulis, id est in publico. In conclauī, id est, in spiritu ora, nec locū praebe affectui carnali.

Primū quando orare uolumus, sunt preces quae cō- cilient nobis nomē dei amabile, suaue, iocundū. Pater noster scilicet, qui es coelestis, qui es autor uitae & bo- nitatis. Sanctificetur nomē tuū, id est ueritas & boni- tas tua fiat pura sancta ex nobis erga te. Panē nostrū, id est doctrinam coelestem, corpus Christi sit saluta- re nobis. In tentationem, id est ne patiare nos seduci astutijs demonum. Liberanos &c. id est ne patiare nos succumbere malo. Voluntas nostra peccatum est, dei uero spiritus.

NEMO POTEST DVOBVS  
dominis seruire.

Illud diligēter aduertendum est, quod in omnibus  
rebus

legibus perfectionem exigit Christus. Porro eximit hic studium gloriæ, opum, & auaritiæ. Illud etiam considerandum est, impossibile esse humanæ naturæ, duas res & cōtrarias simul diligere. Non licebat per Moſen diuerſa ſemina ſpargi in eodem agro, qui ty- **Leuit. 19**  
 pus illam perfectionem, quæ hic exigitur, adumbrat. Celebris ſententia eſt, quod quiſq; amat ac metuit, hoc illi deus eſt.

**NE SITIS SOLICITI**  
 uitæ ueſtræ.

**N**on dicit, non laboretis, quippe qui maledicto etiam ad laborem cogimur. **Gene. 3.** In ſudore uultus tui ueſceris pane tuo, ſed affectum eximit, ne ſcilicet anxij hæreamus in opibus, nec ſtudio inani ponamus ſpem in diuitias, cum pater ille cœleſtis ipſe ſuorum curam habeat.

**NE SITIS SOLICITI**  
 in craſtinum.

**H**oc eſt, non tangat uos affectus futuri. Christus præcepit ne ſoliciti ſimus in craſtinū. Verū obſtrepit hic humanus affectus, & diffidentia quedā qua ueremur cœlū ruiturū, ſi noſtra largiamur pauperibus, aut ſi non totis animis hæreamus in queſtu faciendo, quos pprie Christus canes et porcos dixiſſe uidetur, **Canes & porci.** quo monet ſinēdos eſſe, qui ſenſui carnis non imperāt, aut malitioſam iſtam affectionem non exuunt.

**CAPVT VII.**

**C 4 PETITE**

ANNOTATIONES P. MELA.

PETITE ET DABITUR VOBIS.

**A**mplificatione quadam iubet Christus petendū, ut declaret nobis, nūquā frustra casuras nobis preces nostras. Iam in nobis sitū est, ut exaudiamur, si in spiritu & ueritate oremus, hoc est, si affectu & confidēter, ita qd' nihil dubitemus impetraturos nos id quod petimus, qua fiducia ( ut obiter dicā ) oīa sacramenta opantur gratiā. Sic absoluti à peccatis trāquillamur. An quisquam uestrū homo. &c. qui si filius eius petierit. &c. Ab exēplo arguit, quod oēs simus filij dei.

OMNIA QV AECVNQVE

uolueritis ut uobis. &c.

Legum diuisio

**E**pilogus est omniū legū Christi. Est autē lex sententia qua recta iubentur. Legum alie sunt positiae, alie naturales. Positiae rursus sunt aut diuinae aut hu-

Leges naturales.

mane. Naturales sunt sententiae quaedam siue cogitationes, quibus assentiuntur omnes homines, ut in speculabilibus sunt quaedam principia natura nota. Totum maius esse parte. Ita in agendis quaedam sunt principia, natura nota, Sobolem alendam esse. Est & naturalium legum ordo quidā, ualeatq; in ijs, quod in omnibus legibus, ut scilicet superior temperet inferiorem & corrigat illam. Lex prima, Cole deū. Secūda, Tuere uite commoda. Tertia, Gigne. Quarta, nutri so-

Ordo naturalium legū.

bolem. Quia uite commoda non possūt nisi hominū usu conseruari, consequitur hominem hominis causa genitum. Quinta, Homo hominis gratia genitus est,

ergo

ergo debet homo homini quantum sibi. Sexta inde sequitur, Quod tibi fieri non uis, alteri ne feceris. Septima Quia homines natura cōsociati sumus, & p̄fectissima coniunctio est, communes usus omnium rerū. Verum cupiditate non permittente, ut omnibus rebus ita communiter utamur, ideo lex illa septima, superiore aliqua temperanda est, & corrigenda, scilicet ut ipsa abolita aut mutata, adhuc tamen conseruentur cōmoda uitæ, rebus scilicet diuisis, ut sit suū cuiq;. Octaua. Diuisionem aut rerum temperet hæc lex, ut sit mutus hominum usus. Ergo rursus quanq̄ rerum dominia distincta sint, tamen res ratione & modo aliquo comunicadæ sunt, inde commertia hominum, atq; uarij contractus instituuntur.

**¶** Per arctam portam, qua nos introire uult, nihil aliud intelligitur, nisi prorsus diuersa mandari à lege, quā ferant affectus, aut nostræ cupiditates.

**ATTENDITE A FALSIS**  
prophetis.

**¶** Pseudoprophetas uult nos caucere. Sunt aut ij qui humana docent, ritus ceremoniarum, & commentitijs suas fabulas. Veri aut, qui euangelium, & ea quæ Christus docuit, prædicant.

**OMNIS ARBOR QVAE NON &c.**

**¶** Fructus alios bonos esse, alios malos notum est, de quibus uide psalm. Beatus uir &c. Non quisquis dicit mihi, domine domine, id est, non omnis qui legem

C S in specie

ANNOTATIONES P. MELAN.

in specie facit, & externo tantum opere, ij enim in-  
iquitatis operarij sunt.

QVI AEDIFICAT DOMVM. &c.

**A**edificium est duplex, alterū in Christū, quod cō-  
tra insultus demonū ualet. Alterū in harenā, ex qua  
profluūt nostra et impia et puerſa opera, ut nihil ma-  
gis impiū sit, quā non in miſericordiā dei cōfidere,  
ſed hominē in ſuis uiribus, & aiām et fidutiā ponere.

OBS TV P VER VNT TV R B AE

ſuper doctrina illius.

**U**erbū dei  
potens.

**U**erbum obstupuerunt eò referri potest, quod legē  
hactenus Christus praedicauit, ut territi sint, quia le-  
gis est terrere. Iam uero & hic conuenit obseruare,  
quā efficax res sit uerbū dei, et multum adeo inter  
uerbū dei & uerbū hominum interesse. Proinde ec-  
clesijs potēs istud uerbū dei praedicandū, nō fractum  
& elumbe hominum uerbum. Haec omnia non sunt cō-  
silia, ut aliqui uolunt, ſed pracepta omnibus.

C A P V T VIII.

ET ECCE LEPROSVS accedēs,

**O**mnēs historiae Christi sunt sacramēta, id est,  
promiſſiones, quibus certi ſumus deum datu-  
rum omni credenti gratiam. Ceterum nō temere hoc  
exemplum primo loco commemoratur, in quo est pol-  
licitatio Christi, quōd uelit mundare leprosum, ut fi-  
dem omnium supplicantium confirmet. Iam quōd di-  
Potes, cit leproſus. Domine ſi uiſ potes me mundare. Palam  
est,



est, hunc credidisse, quia dicit, potes. Quod uero dicit: **Si uis,** uox est reijcientis uoluntatē suā in uoluntatē d<sup>i</sup> **Si uis.** uinā. Sic enim orandū est omnibus nobis, et hac fiducia, quod speremus Christum daturū quicquid petimus, modo in spiritu, hoc est, si fuerit e re nostra, et gloria domini. Perinde ac puer, qui à patre charo aliquid petit, nō dubitat, quin sit impetraturus, et tamē oīa patris relinquit iudicio, si conueniat quod petijt.

**Nunc quod Christus dicit, Volo,** Id facit nō propter **Volo.** solum leprosum, sed ut multorum succurrat confidentie, ut certissimi sint, uelle Christum seruare, quicūq; in ipsum per fidem se coniecerint.

## TETIGIT ILLVM.

**Quod tetigit leprosum cōtra legem,** postea uero iuxta legē ad sacerdotes misit, id fecit, quo ostēderet cēremōniarū leges uiolari quidē posse, uerū ob necessitatem proximi. Errāt qui hoc loco, nescio quid de confessione somniēt. Vide Luth. in postilla euāgelij huius.

## PORRO CVM INGRESSVS

fuisse Iesus Capernaum.

**Sicut superiore exēplo Christus pollicitus est uelle,** ita et hic pollicetur se cum uenerit, medicaturū. Deinde quomodo ueniat ac mederi soleat, declarant uerba illa. Domine, non sum dignus, ut tectū meū subeas. Imo tātū dic uerbū. Venit enim per uerbū. Deinde, medetur fide, dicēs. Sicut credidisti, fiat tibi. Que omnia huc pertinet, ut commendatior nobis fides sit, et  
historiam

ANNOTATIONES P. MELA.

**A**liena fides efficax. **h**istoriam euangelicam complectamur, ut arrā & pi-  
gnus salutis nostrae. Quod hic pro famulo sollicitus  
est, in eo obserua, alienā fidem pro hominibus ualere  
& efficacem esse. Sic hodie aliena fides satisfaciat in  
baptizandis pueris. Quod dicit ego sum homo. & c.  
**C**omparatio est & argumētū à minori. Si quidē ego  
posū uerbo efficere, quod uolo apud meos, quāto ma-  
gis tu? quasi dicat, quomodo facit, ut iubeo, seruus me-  
us, ita que tu iusseris, omnis creatura.

**MULTI AB ORIENTE  
& occidente.**

**A**d uocationem gentium pertinet. Filij regni eijci-  
entur foras .i. Iudaei, qui erant populus electus. Por-  
ro Centurio, qui adiit eū, praefectus seu tribunus erat  
in Capernaō, quae ciuitas gentium erat.

**PRAECEPTOR SEQV AR  
te quocunq; abieris.**

**V**ocationis exempla. **P**osteaq̄ pollicitationibus quibusdā Christus se no-  
bis seruatorē exhibuisset, exēpla quaedam uocationis  
cōmemorātur, quae ad nos pertinent. Primū scribe cu-  
iusdam, qui cū non esset uocatus, ait se sequuturū Chri-  
stum. Hūc Christus repudiat. Non enim uocati sunt,  
qui suis cupiditatibus Christi negotiū prætexit, qui ut  
suū negotiū agant, Christū simulāt, atq; adeo huma-  
no affectu pij sunt, liberū spiritū exigit Christus, in  
nulla creatura herentē. Propterea respōdet scribe.

**VVLPEF FOVEAS HABENT.**

Id est,

**I**d est. tam abesse oportet à Christiana mente cupiditatē omnē, ut ne sit usquā, ubi caput reclinet. Præterea uulpes foueas habet &c. Hic reijcit à se omnem simulationē, q. d. quære aliud latibulū. Christus non est specus uulpium, id est adulatorum.

ALIVS DE NUMERO  
discipulorū suorum. &c.

**A**ltero exemplo uocatus quispiā describitur. Sed in hoc haeret adhuc affectus humanus, ut spes nobis fiat, nō reijciēdos nos etiā si aliquo adhuc affectu humano laboremus. Sed obiurgat tamen Christus, ut declaret se uelle liberū & purū animū, ab omnibus humanis, quantūuis pijs affectibus. Tertio exēplo qd' apud Lucam in fine capitis noni refertur. Offert se Christo quispiam non uocatus, qui ait se sequurum Christū prius ualedictis amicis, huic terribili uerbo respondet. Nemo qui manu sua admota aratro, respexerit à tergo, aptus est regno dei.

ET CVM ESSET INGRES=  
sus nauim.

**A**dmonet in aduersitatibus, quas à mundi tyrāne patitur homo, fortiter persistendū esse, nec statim trepidādum, si non continuo asserat nos Christus in tranquillitatem.

COLLECTA.

**C**hristus non nobis ut carnifex, ut iudex, ut uindex, sed ut autor salutis, condonator criminis, qui nos  
per spiritum

ANNOTATIONES P. MELAN.

per spiritum suum iustificet, ostenditur.

**V**ita Christiana in tribulationibus, in persecutionibus, inq; uarijs procellis demonum sita est.

**I**n hac uita duo praecipui nobis aduersarij sunt. Alter demon, qui sedulo nos in laqueos allicit. Alter caro, cum nostris cupiditatibus seruimus.

**N**emo tam bonus est, qui non sit uarijs peccatis obnoxius, ideo nobis mali homines ingeruntur, ut sint monitorium signum, nos a scedis abstrahendo, ne quando in sententias animi diuersas prolabamur.

QVID TIMIDI ESTIS.

**H**oc loco increpat eos qui non forti animo ferunt iniurias hominum, impatientes item ac lapsantes.

**M**are, uenti, tempestates mundi significant.

**F**ilij regni sunt qui humana curant, & quae dei sunt respuunt, imò plus operibus suis quam fidei innitentes.

Porci, idest immundi homines.

CAPVT IX.

**S**olius diuinae potestatis esse constat peccata remittere. Ita cum Christus peccatū remitteret, uisus est scribis blasphemare, quod in hoc diligentius commemoratur, ut sciamus a deo iam potestatem traditam esse homini, remittendi peccata. Postea enim dicitur, Turbae quae uiderāt, admiratae sunt, & glorificauerunt eum qui dedit potestatem talem hominibus.

**Q**uae sic intellige. Deus primū terret peccatorē et ostendit illi peccatū suū, anxiiq; reddit. Verū ut is qui  
territus

territus est, certus sit peccatū suū sublatū esse, data est potestas ecclesiae remittēdi peccata, hoc est, declarādi homini anxio, qd' peccatū suū sit certō remissū.

ET PRAETERIENS IESVS

illinc, uidit hominem &c.

**S**icut superiori exemplo pax promissa est conscientijs credentium, ita hoc exemplo declaratur nobis bonitas Christi, quae non solum oblatos curat, sed auertit, & ultro peccatores ad se cōuocat, quō spem & fidutiā nostrā confirmet. Duplex autē beneficiū Christi hic obserua. Alterū est condonatio delicti, alterū cūuocatio ē medio cursu delicti. Deinde in hoc exēplo pollicitatio quaedam est, qua Christus peccatoribus omnibus commendat benignitatem, cum dicit. Non est opus sanis medico, sed ijs qui male habent.

NON VENI AD VOCANDUM IUSTOS.

**D**uplex est iustitia. Quaedam est operū externarum, quae fiunt ex nostris conatibus. Haec inefficax est ad mutandos affectus nostros, incerta & penitus inconstans. Neq; enim prohibere potest, quin saepe ac saepissime in affectus prolabatur homo. Altera diuina, qua nos deus iustificat, ea est confidentia in Christū, qua illi nos peccatores offerimus purgādos & seruādos. Non uenit itaq; Christus ad uocandum iustos, id est suae cōfidentes iustitiae. Sed peccatores, hoc est desperantes ab omnibus uiribus & conatibus suis. Id quod

Iusti.  
Peccatores.

ANNOTATIONES P. MELA.

quod & Paulus in 10. ad Roma. cap. ait. Ignorantes dei iustitiam, & propriam iustitiam querentes constituere, iustitiae dei non fuerunt subditi.

MISERICORDIAM VOLO,  
& non sacrificium.

**M**isericordiam, id est beneficentiam uolo. Significat autem sacrificio, opera non necessaria, misericordia uero, opera necessaria, quibus inservitur proximo & praescribit regulam. Opera non necessaria nihil ualere nisi prius opera necessaria persolueris, Id quod & alias dicit, prius reconciliandos esse fratres, postea offerendum.

NULLVS MITTIT ASSUMEN-  
tum panni rudis. &c.

**H**oc obliquo sermone Christus phariseos perstringit. q. d. sensu carnis induruiistis, & magnificitis opera ceremoniarum uestrarum. Proinde, non profecero, etiam si dicam, quare non ieiunent. Res per sese media est, quanquam uos non ut mediam, sed bonam & necessariam facitis. Ego autem doceo, nec bonam, nec necessariam esse. Quam nouam doctrinam, ueteri sensu carnis uestrae non assuam, ne offendat nouitas. Quin oportet ad nouam doctrinam meam, penitus nouos spiritus afferre. Ceterum sequentibus exemplis exploret & obseruet quisque suos affectus.

COLLECTA.

**M**atthaei uocatio est omnium peccatorum ex teloneo

neo

neo, id est ex peccatis ad salutem uocatio. Et uocatione Matthæi significatur, nos à deo nullis nostris meritis uocari.

**I**ustitia humana est species quædam operum, ut non furari, non mœchari, quæ opera non præstant, ut inuis puri reddamur, & uitam contemnamus, ne incidamus in peccatum. Præterea non præstant ardentem spiritum in Christum.

**F**imbria uestimenti, est gustus bonitatis Christi, per quem liberemur ab affectu impietatis.

## CAPVT X.

**S**atis constat ex hoc loco, & ex episto. Corinth. i. ca. nono, ubi dicitur. An nescitis, quod ij qui in sacris operantur ex sacrificijs uiuunt, deberi scilicet pastoribus, atq; adeo ijs, qui in ministerio ecclesie sunt, uictum & honorem, propterea quod publicus ipsorum usus est. Consequitur igitur, quod quorum non est publicus usus aliquis, illis non deberi alimentum, eò quod annexa cõditio est, si operentur. Proinde qui prætextu religionis saginantur, excusari quomodo possint non uideo. Constat quidẽ in 2. ad Theß. episto. ca. 3. quosdam pari prætextu consuluisse uentri suo, quibus sic ait Paulus. Audimus enim quosdam uersantes inter uos inordinate, nihil operis facientes, sed curiose agentes. Iis autem qui sunt huiusmodi, præcipimus, & obsecramus per dominum nostrum Iesum Christum, ut cum quiete operantes suum ipsorum panem edant.

D Mendicare

Sacerdotibus deberi uictum, sed quibus.

ANNOTATIONES P. MELAN.

Mendicare igitur citra necessitatem quomodo liceat,  
non uideo.

IN VIAM GENTIVM

ne abieritis.

**M**isit Christus discipulos in solam Iudeam, quod  
mysterium redemptionis nostræ non deberet uulgari  
in alias gētes, nisi prius Christo glorificato. Profecti  
autem prædicate dicentes, appropinquauit regnum  
cælorum, quæ est redemptio uestra, iam olim patri=  
bus uestris per prophetas promissa. Excutite pulue=  
rem pedum uestrorū, id est accingimini ad iter, expe=  
dite uos. Solemus enī eò paratiores & promptiores  
esse ad iter faciendum puluere pedum excusso.

ESTOTE PRVDENTES.

**Serpentis** **prudentia.** **Q**uemadmodum serpens colligit se in gyrum ac  
circulum, ne quoquo modo caput offendatur. Ita no=  
bis quoq; faciendum est, ut tueamur caput nostrum,  
quod fides est, reliqua eueniant, utcunq; phas sit.

NON VENI VT MITTE=

rem pacem, sed gladium.

**Verbū dei** **est gladius** **carne** **oc** **cidēs et in** **terimens.** **V**erbum dei, gladius quidam est, quem non potest  
ferre sensus carnis. Occidit enim concupiscentias &  
affectus qui carnis sunt. Sic Hier. 23. Malleus conte=  
rens uerbum dei est. Non est aut illa uis in uerbo, sed  
deus adest uerbo, & per uerba corda hominum emol=  
lit. Exigit locus ille euangelicus mortificationem car=  
nis & fastidium sui. Porro iustificatio nostra nihil ali  
ud est,



ud est, quàm mortificatio carnis & affectuum. Potest hic locus torqueri in patronos liberi arbitrij. Duplex est pax. Intrinseca, & est cordis, Externa corporis. Pax externa est fructus uoluptatis, pax interna, est libera & tranquilla conscientia. Qui perdidit, id est, fastidiet animã suam, & non erit amans sui, ille uiuet.

AD REGES ET PRIN-  
cipes ducemini.

**I**d est, ut nomen meũ fiat testatum apud reges, et innocentia uestra dei nomẽ testetur, qui locus proprie pertinet ad uim uerbi. Neq; uirgam, id est, uon sitis soliti quis uos defendat. Omnis qui confitebitur, &c. locus est de predicando uerbo dei.

C O L L E C T A.

**H**oc caput. decimum proprie ad sacerdotes pertinet, & pastores ecclesiarum, qui olim non habebãtur uncti et rasi, sed electi, uocati, et missi, habẽtes clauces, id est ministeriũ ecclesie. Ministeriũ uerbũ dei est, quod & sacramentũ est. Sacerdos est ministrator clauium, qui docet, & sacramenta absoluit.

C A P V T X I.

**E**vangeliũ huius locus ad confirmandã fidẽ pertinet, omnes enim cum discipulis Ioannis aliquãdo dubitamus, hic ne sit Christus qui uẽturus erat. Huic questionĩ satisfacit Christus, declarans se esse seruatore, hoc est, promittens se affuturum nobis. Offenduntur autem in Christo, alij secundum doctri-

Offensi in  
Christo qui.

D 2 1478

ANNOTATIONES P. MELAN.

nam, ut omnes heretici & philosophi, item quicumque  
preferunt humanas traditiones euangelio, quales sunt,  
qui dicunt, Rempub. non posse euangelice administra-  
ri. Alij secundum mores, ut qui pro magnis humilia con-  
temnunt, & sua sorte contenti esse nolunt, quiq; titu-  
los preponunt rebus. Alij secundum suos affectus, ad  
quos hic euangelij locus proprie pertinet. Sunt enim  
qui non credunt seruari se posse, si qua aduersitas pau-  
lo diuturnior fuerit, quam sperauerant.

PAUPERES LAETVM

accipiunt euangelij nuncium.

**P**aupertas euangelij  
quid.

Pauperes sunt omnes afflicti spiritu, lugentes & si-  
tientes Christi auxilium. de qua re supra. ca. 5. Beati  
pauperes &c. Paupertas euangelica non est mendici-  
tas recipiendi ab alijs.

ECCE EGO MITTO

nuncium meum &c.

**Officium**  
**Ioannis.**

Duplex est Ioannis officium, predicat enim poeni-  
tentiam, id est finit legem. Deinde incipit euangelium,  
id est ostendit gratiam. Preparat uiam, id est osten-  
dit peccatum, & monstrat Christum digito, qui aufert  
peccatum & condonat gratiam.

A DIEBUS IOANNIS VSQVE &c.

Q. d. presentiore habebunt Christum, oes filij euange-  
lij ecclesie regenerationis, quam aliquis alius tempore  
legis. Regnum caelorum uim patitur, id est magna ui ho-  
mines irrumpunt in regnum caelorum, multi saluantur.

Tibia

Tibia cecinimus, quasi di. predicauimus poenas, predicauimus gratiam, uarijs modis allexi uos, uerū uos respuistis  
 Capernaum commune erat emporium totius Iudææ  
 & Galilææ.

GRATIAS AGO TIBI PATER.

**H**ic locus primum oppugnat eos, qui in libertate uoluntatis nostræ positum arbitrātur, credere & cōuerti posse ad deum. Prorsus enim conuenit cum illo Ioan. 6. Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Ita nanq; hic dicit Christus beneficium esse patris, quod reuelatum est paruulis, & poenam, quod absconditum est sapientibus. Deinde docet Christus, neminem ad patrem uenire posse, nisi per se. eò quod ipse est hostia, per quam cōciliamur deo, per quem unū & solū impetratur spiritus iustitiæ. Porro sicut Christus filius hominis mortuus est, ita & hominem nostrum emori oportet, propterea ipse dicit. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis. qua pollicitatione Christus proprie indicat, cur uenerit, nempe ut leuet, quotquot ex ipso sperant, uel peccati, uel conscientia, uel cuiuscunq; mali remedium.

IUGVM ENIM MEVM

commodum est.

**A**d mortificationē carnis ptinet hæc sententia, quæ *Iugum quid.*  
 fit p̄ sp̄m, nec intelligatur iugū, hoc est, legē esse suauē. Lex enī uere impossibilis carni, ut ad Ro. 8. impletur aut̄ leuiter & iucundo spiritu p̄ fidē in Christum.

D 3 Caput

ANNOTATIONES P. MELAN.

C A P V T X I I.

NON LEGISTIS QUID &c.

Ceremo=  
nie.

Sabbathū  
quid.

**E**xpositio docet nullum opus nostrum, nullas ce-  
remonias tātas esse, ut necessitati præponatur,  
atq; amorī proximi. Nam indifferentium omniū re=  
gula charitas, quemadmodum pulchre Paulus ad Ro.  
3. Est autem nihil aliud sabbathum, quam ab operibus  
ueteris hominis uacatio, aut passio, qua spiritum in no-  
bis operantem patienter toleramus. Cæterum, exter-  
næ ceremonie eiusmodi sunt, ut uiolari possint, pro-  
pter necessitatē proximi, nec iuris diuini est hodie sab-  
bathū, quin sabbathū hodie ppter solū uerbū dei in-  
stitutū est. Misericordiā uolo, inquit, nō sacrificium.

Præstat enim charitas ipsis ceremonijs. Porro do-  
minus est & sabbathi filius hominis, & nos sumus fi-  
lij hominis, id est Christi regenerati per fidem. Igitur  
domini sumus sabbathi. Fuit autem sabbathum umbra  
quædam iustificationis nostræ. Lex de sabbatho san-  
ctificando, si literam spectes, ceremoniale est, si spi-  
ritum, morale.

**LICET IGITUR SABBA=  
this beneficijs afficere.**

**I**n uniuerso euāgelio, nihil aliud nobis præponitur  
q̄ benignitas, mansuetudo, bonitas Christi, quē nos ex-  
actorem & carnificē fecimus, qui omnia nobis gratis  
dedit, non merentibus largitur se, & qui fit, ut pute-  
mus operibus nostris iuari? At patroni liberi arbi-  
trij

trij, quid aliud hodie docet, quam ut quod in nobis est  
faciamus? Arundinem comminutam .i. conscientiam  
perterrefactam, aut cor contritum, non confringet.  
Et lignum fumigans, id est, cum qui anhelat ad gratiam,  
non extinguet. Iudicium est agnitio peccati.

PROGENIES VIPERARVM. &c.

¶ Quoad hic uiuimus, duplices arbores sumus, semper  
et dum caro est, sunt reliquae peccati, sed fructus  
mali non imputantur bonis, eo quod credunt in Christum.  
Affectum tam potest mutare homo quam uulpes pellem.  
Breuiter, secundum naturam suam non potest homo nisi malum.

PRAECEPTOR VOLVMVS

exte. &c.

¶ Signum quærimus, qui certi esse uolumus de salute nostra,  
ut solet tentatio praedestinationis, ut solet uulgaris etiam  
omniū affectus, quod est blasphemia. Respondet itaque  
Christus, signum non dabitur, nisi signum Iona prophetae.  
q. d. Signum est uobis iustificationis uestrae, mors mea.  
Sicut et Ionas Niniuitis. q. d. cetera signa uobis nihil  
proderunt. Credituris plane unicum signum mors mea  
proderit. Omitte scrutari diuino, quin oculos tuos huc  
ad mortem meam admoue.

COLLECTA.

¶ Beelzebub allegorice significat friuolas philosophorum  
cogitationes. Iustus, bonae fidei uir est. Homo extra  
Christum agens, nihil nisi peccatum operatur.

D 4 Homo

ANNOTATIONES P. MELAN.

**H**omo intra Christū bonos fructus depromit. **O**mnne peccatum secundum naturam est mortale, sed ijs qui in Christo sunt, fit ueniale. **B**lasphe-mia nihil aliud est quā incredulitas & Christo non credere. **N**am non credenti, nihil dimittitur, aut in presenti aut in futuro. **F**ides est primum momentum iustificationis, quā cum hominis animus fuerit tactus, impellitur ad implorandum spiritum coelestem, quo ducitur ad ueritatem, Psalm. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.

C A P V T X I I I.

**O**portet prae-dicatore-m ascendere in nauiculā, id est, multis se exponere periculis.

EXIIT QUI SEMINABAT.

**V**erbum dei est principium iustificationis. Adde Paulum in Romanis. c. 10.

SINITE CRESCERE.

**D**ocemur hac parabola, ne malos quidem ui ex ec-clesia exturbandos esse.

SIMILE EST REGNUM  
coelorum grano. &c.

**L**ucas c. 18. parabolā de grano sinapis uidetur de-flectere oblique, in hāc partem, quod Christo credide-rit uulgus citius, quā qui supra uulgi captū sibi sape-re uidebantur. Postq̄ enim offensos uidiſet Christus hypocritas doctrina sua, uulgus uero amplecti cā, sub-ūxit hanc parabolā dicēs: Simile est regnū coelorum grano

grano sinapis, significās sese esse granū sinapis, quod laturū sit fructū, in quo conquiescant uolucres coeli. i. homines, atq; ita sibi constare uidetur parabola. Neq; aberrauerit tamen, qui seminatū intelligit in ortos. i. in hominū corda, facturū illic fructū amplissimū. Ut enim ex grano fructus nascitur, ita ex fide qua creditur in Christum, bona opera proficiuntur.

SIMILE EST REGNUM  
caelorum fermento. &c.

**M**ulier ecclesia est, fermentū uerbum dei. **F**arina **F**ermentū modij tres, multi homines, ternarius nanq; perfectio= uerbū dei. nis numerus est, sic Chrysosto. Et haec parabola uim uerbi domini adūbrat, ipsum scilicet fermentum esse, quo cōdiatur hominis animus. Quare, ubi defuerit fermentū, necesse ē insipidos esse animos nostros, atq; ita principium iustificationis nostrae, uerbo fidei tribuit.

**Q**uod uero addit, donec fermentaretur totū, significat subinde nos purgari, & instaurari, donec absoluat iustitia, & fiamus noua creatura.

H AEC OMNIA LOCUTVS  
est per parabolam.

**P**aulus in epist. ad Ephe. uocat euangeliū mysteriū Ephes. 3. absconditū. Satis enim constat gentes ignorasse Christum, id est, eum, à quo petendum esset remedium sui peccati. Christū nouisse, nihil aliud est, quā scire Christi Christū nouisse esse authorem et pignus iustitiae, pacis, & uitae. Iusti uisite. iustitia peccatum uincitur, pace conscientia, uita infernus,

E S que

ANNOTATIONES P. MELAN.

que summa est totius euangelij. Christus author est et pignus, ut qui non solum possit mederi morbo nostro, sed qui uelit etiam accipiat.

SIMILE EST REGNUM  
caelorum thesauro abscondito. &c.

**Theaurū inuenire.** *In regno caelorum .i. uirtutū homini accidit, quod solet inueniēti thesaurū, & emēti agrū, in quo abditus est thesaurus. Nam thesaurū inuenire, est tāgī spiritu charitatis et rapi amore caelestium, qui amor efficit, ut gaudeamus uendere, hoc est, abdicare omnia nostra, & emere agrum, siue Christū, siue uerbū. Et ut supra significauit quibusdā parabolis, uerbo debcri principium iustificationis, ita hic principium iustificationis describit, adeoq; ipsum uerbi opus.*

SIMILE EST REGNUM,  
caelorum uerriculo. &c.

**Boni bifariam.** *Idem uult parabola illa quod superior de zizanijs esse scilicet et bonos et malos in ecclesia. Boni sunt homines bifariā. Primū, metu poenae, atq; ij boni sunt in speciem, hoc est, nisi lege arccrētur, peccaturi essent. Et haec iustitia dicitur simulatitia et hypocritica, prima fronte splendida, sed intus affectibus repugnantibus. Et ij thesaurū ignorant, ij legem odiunt, & dolēt, se non posse explere cupiditates suas, tantū abest, ut gaudeāt de thesauro inuento. Boni uero spiritu charitatis, ij sunt ex animo boni, ex animo fastidiūt cupiditates suas, horū iustitia nō est simulatitia, sed uera et solida,*



solida, & superior affectibus carnis. Et ij sunt qui thesaurum inueniunt, hoc est, qui rapiuntur amore ad deum, & sentiunt se deum inuenisse.

**PROPTEREA OMNIS**

Scriba doctus.

**Omnis concionator** depromat e thesauro suo, & proferat noua & uetera, quod est, legem & gratiam. Ad iustificationem quippe duo sunt necessaria. Quatenus peccatores sumus, opus est lege, ut cognoscamus peccatum, & gratia quae ostendat condonatum esse delictum, ne desperemus.

**ET OFFENDEBANTVR**

super eo. &c.

**Hunc locum supra tractauimus** c. ii. ubi dixi trifariam nos offendi in Christo. Verum hic & illud adijciendum est, Eos grauius offendi, qui aliunde iustificari se arbitrantur, quam per solum Christum. Sed hic diffidentiae affectus nos urget, cum quo nobis acriter decertandum est, & fides exercenda.

**CAPVT XIII.**

**HERODES CEPERAT IO-**

annem, & uinxerat.

**Est memorabile exemplum** mortis turpissimae, qua Eli & praecones omnes plerunq; affici uidemus. Iob & Hieremias, propterea diem natalem maledixerunt. Et ij loci ad peccatum originale pertinent.

**NON habemus nisi quinque PANES.**

Est

ANNOTATIONES P. MELAN.

**¶** Est locus cōmunis ad doctrinā Christi pertinēs. In sacris enim libris quoties mentio fit ciborū, per tropū et allegoriā ad doctrinam Christi referri debet. **¶** Sus uerbi diuini est uiuificare animos humanos.

CVM ADVENISSET VESPERA.

**¶** Ad tentationes referri debet. Tempus uespertinū, tempus tentationum est, matutinum, gratiæ.

ASCENDIT IN MON. &c.

**¶** Seclusi & soli orare debemus, id est, ita orandum est, ne contaminemus orationem aliquo affectu.

COMPVLIT IESVS DISCIPV-

los suos, ut conscenderēt nauim.

**¶** Adumbrat hic locus cruciatū, & tormenta prædicantiū uerbum gratiæ. Nam id futurum illis esse præconibus, naui, marinis fluctibus & tēpestatibus exposita significauit, significauit inquam, & suos compulit. Ambulare super mare, est esse expositos uarijs tribulationibus, & affectibus carnis.

DOMINE SERUA ME.

**¶** Quæcunq; tentatio nos adoritur, fide ad Christum confugiendum est. Et sic quoad fide in Christo heremus, ambulamus super aquas. Si autem in fide labefactari cœpimus, submergemur aquis.

FIMBRIAM VESTIMENTI

Christi tangere.

**¶** Est apprehendere humanitatem Christi, percipere gustum eius diuinæ bonitatis. Hæc sunt exēpla oīa pignora

pignora quaedam salutis nostrae, quam per Christum habemus, si crediderimus.

CAPVT XV.

VOS AVTEM DICITIS &c.

**S**ententia est, cōsecrata templis nō licere propheta-  
 nari, cuiuscunq; necessitas postulet. Contra, lege **Phariseo-  
 rum lex.**  
 diuina nihil tam sacrum est, quod non potius conuerti  
 debeat in usus necessarios indigentium. Ceterum est  
 autē oratio **Εδδ** **ἢ** **ἢ** **ἢ** id est, defectiua. Qui dixerit  
 patri aut matri. &c. hic addendum aliquid, scilicet, be-  
 nefacit. Vide super hac re **Erasmus** in annotationi-  
 bus suis disputantem, quanq̄ ex **Hebraismo** possit ab-  
 solui oratio. Erit autē sensus. Donum quo à me iuuari  
 queas, cōsecratū est templo, tu uis tuo usui impēdi. At  
 quod cōsecratū est, uiolari non licet, qui sensus per in-  
 crepationē iuuatur. Potest tamē & per interrogatio-  
 nem legi, utpote. Quod templo consecratū est, id in  
 tuū usum uerti petis? prior sensus simplicior est.

RECTE DE VOBIS

praedixit **Esaias.**

**V**erba prophetae sunt. Et timuerunt me mandato, **Esaiæ. 29.**  
 & doctrinis hominum. Ideo ecce ego addam, ut admi-  
 rationem faciam populo huic miraculo grandi & stu-  
 pendo. Peribit enim sapientia à sapientibus eius, &  
 intellectus prudentiū eius abscedetur. Id tēporibus  
 quoq; nostris esse dictū, quis est qui dubitet? Nam uide-  
 mus Pontificū cōstitutiones præferri diuinis legibus.  
 Nosti

ANNOTATIONES P. MELAN.

NOSTI PHARISAEOS AV-

dito isto sermone offensos.

**D**uplex offensio est, una qua in proximo aut fides aut charitas leditur. Vt si qd diuersum sacris literis doceatur. Aut si quis publicam pacem interturbet.

Qui sic scandalizauerit unū de pusillis istis, satius fuerat eū submersum esse. Matth. 18. Ne publicā pacem interturbaret Christus, tributū persoluit. Matth. 17.

Et haec summe est cauēda. Altera, ubi neutrum horū leditur, ibi necessitati & charitati homo sese attemperet. Nudo error & offensio inter se conferenda sunt,

error in fide et cōtra ius diuinum tolerari non debet, etiam si citra offensionē tolli nequeat, sicut hic exemplo Christi docemur. **S**in media aliqua res est, sicut

sunt ceremonialia ferē omnia, & iure diuino non mandata, ut apud Paulū circūcidere, aut comedere de Idolothytis, apud nos, uesci cibis interdictis, ea omnia di-

spēsant necessitas aut charitas. Huc pertinet quae supra uidimus de panibus propositionis, & euulsis spicis. Et pulchre Paulus Roma. 14. Extra casum necessitatis

Ne offenda-  
mus, absti-  
nendū à ci-  
bis interdi-  
ctis.

aut charitatis circa haec media temperato te ex usu eorum, quibus cū uersaris. Sic Christus infra tributū soluit, ne quem offenderet.

OMNIS PLANTATIO.

**I**d est, oīs ratio uitae, cuius nō est author spiritus, inutilis est plātatio. Est infirma quoq; eò quòd spiritu caret, oīs sanctio legū humanarū, qd' satis docuit infelix earum usus. **EX**

## EX CORDE EXEUNT

malæ cogitationes.

**Hic** Christus expressit, quid sit positum in humanis uiribus, & nos ipsos nobis ostendit, docens, fructus cordis nostri esse peccata. Quod in Græcis significatius est, διαλογισμοὶ πονηροὶ, id est disceptationes, prauæ. Quæ sunt sinistri illi animorū motus, quibus abutimur, & qui ad mala nos trahunt & inclinant.

## ET DIGRESSVS ILLINC IESVS.

**Duo** hic insignia scribuntur exempla, quorum utrunq; pignus est salutis, Christum nobis semper adfuturum. Misere me turbæ. Nos sumus turbæ illa, qui ne pereamus, ita Christo curæ sumus, ut misere me, exclamet. Pascit autem nos, ne in deserto deficiamus, pane uitæ, puta uerbo, quod panis appellatione in scripturis intelligitur.

## CAPVT XVI.

**OCTO** loci sunt huius capituli p̄difficiles. Primus, confirmatio quedam fidei est, nam cum natura mirifice cupiat certo scire, ac signo aliquo cui pignore testatam experiri salutem suam, sæpe Christus ei affectui occurrit, significans nullum signum ad salutem utile esse, præter Ionæ, hoc est, mortem suam. Alioqui sicut natura ferre non posset foeditatem suam, si oculis subiectam cerneret, ita nec salutem, si coram uideret. Fide foeditas nostra apprehendenda est, quæ humiliat, fide salus item, quæ humiliatos exaltat, &

spens

## ANNOTATIONES P. MELAN.

spem affert. Sed opera pretiū est uidere, qui signum petāt, Pharisei nēpe & Sadducei, nimirū qui supra uulgus pij uidebātur. Eiusmodi enī est humana hypocrisis, quæ aliena est à fide, certis signis & euidentibus ostendi sibi uult salutē suam. Iam ij signū poscūt exploraturi, esset ne hic Christus lege promissus.

**S**igna quaedā temporis aduentus Christi, scriptura prædixit, ut uisuros cæcos, ambulaturos claudos. Sed ea isti respuerūt. Respondet autē Christus increpans eos. Cur cū detur signū, nō intelligant, significans ea signa edita esse, quæ futura prædixerat scriptura, et argumētatur à simili. Si signa tēpestatū discernitis, quid est quòd signa tēporū salutis intelligere nō uultis? q. d. Nunquid edita sunt signa quæ Christū testātur uenisse? quid ergo adhuc dubitatis? cur nō creditis? Si tēpestatū uarietate colligitis ex signis cœli, colligite & Christū presentē esse, ex signis iam editis. Postea signorū omnū maximū & primū indicat, scilicet Iona propheta. sic supra capite. xij.

**CAVETE A FERMENTO  
phariseorum.**

**S**ecundus locus asserit nos à cura & solitudine uictus, & simul admonet nobis cauendum esse à doctriinis hominum.

**QVEM ME DICVNT  
homines esse?**

**T**ertius locus cōfessionem fidei nostræ exprimit,  
qua

qua sola saluādi sumus. Duplex est de Christo opinio, **Hominum**  
humana altera, altera diuinitus inspirata. Humana fa opinio de  
cit ex Christo prophetam aliquem, nō deum, hoc est, Christo.  
non eū qui nos saluos faciat. Diuinitus inspirata, osten  
dit nobis Christū filiū dei uiui, qui saluet, liberet, ser  
uet, uiuificet. Primū, natura habet inconstantē opini  
onem de Christo, id est, non cōfidit Christo, quod sit  
author iustitiæ pacis & uitæ. Deus autē inspirat cōstā  
tem fidutiam, qua apprehendimus Christum iustitiæ,  
pacis, uitæq; authorem, & pignus. Proinde, naturæ  
opinionem eradicandæ, & extirpandæ sunt. Naturæ  
opinio est fides acquisita, diuinitus inspirata est fides  
infusa. Humana opinio de Christo contemplatur, &  
argutatur de illius natura & maiestate, diuinitus in  
spirata utitur Christo, uiuitq; Christum hunc amabilē  
cōplectitur, & omnes res humanas, & à Christo alie  
nas exhorret, fatetur Christum patrem, dicendo iu  
xta Paulū. Abba pater. Patrē uero implorat, qui de  
sperabūdi de omnibus alijs rebus, cōfidēti animo Chri  
stū inuocat, quorū animis insculpsit promissionē suā,  
scilicet. Si quis sitit, ueniat ad me & bibat. Item qui  
credit in me, de uētre eius fluēt aqua uiuæ. Humanam  
opinionē significat, cū dicit. Quē dicūt homines esse **Vera de**  
filiū hominis? Diuinitus inspiratā, cū dicit. Vos autem **Christo cō**  
quē me esse dicitis? & deinde. Caro & sanguis nō re **fessio unde.**  
uelauit tibi. Iam hic obserua, Christū agnosci aut cre  
di non posse ex uiribus carnis aut sanguinis, sed tantū  
E reuelari

ANNOTATIONES P. MELAN.

reuelante patre. Quæ sententia libertatem arbitrii tollit. Obserua igitur qui sit fructus utriusq; opinionis, humane damnatio, diuinitus inspirata beatitudo (dicit enim . Beatus es **Symon Bariona**) quæ consistit in confessione, qua complectimur **Christum** filium dei uiui. Porro beatum esse, & ereptum esse à peccato, à morte, & securum agere à conscientia accusante, et omnibus aduersis, à quibus eripiuntur quicumq; **Christum** filium dei uiui fatentur.

AT EGO VICISSIM TIBI DICO.

Ecclesia condita est uerbo, & imposita fidei, cui fundamento, & singuli piij uerbo conditi sunt, id est, instaurati & impositi cui fidei fundamento. Nam fides est salutis initium, & fons, unde oriuntur & scaturiunt boni fructus, id est bona opera.

ET PORTAE INFERORVM &c.

Pollicitatio **Christi** est, quæ una est salutis compediū. Promittit enim **Christus** uniuersæ ecclesie, confessione nominis sui uicturam inferos, eorumq; tyrannidem debellaturā. Atque hæc ipsa pollicitatio idem ualet quod multæ aliæ, quales sunt. Si quis uenerit ad me &c. Et, Venite ad me omnes qui laboratis &c. Quæ proditæ sunt, ut fidem confirmet, & laborantes animos. Vniuersus hic locus ad spiritum pertinet. Loquitur enim euāgelista de confessione facta spiritu, non ore, de edificio spiritali, de ecclesia secundum spiritum, & pugna spiritalis ecclesie. Est autem cōfessio



fessio spiritualis iuxta Paulum Roma. 10. qua corde  
 creditur ad iustitiam. Deinde edificium spiritale non  
 ua est hominis conditio, uel noua creatura. Nam eccle  
 sia credentium est interior consensus in eandem fidē.  
 Pugna spiritualis est singulorū cū peccato & morte.  
 Est ergo sentētia. Ego Christus promitto omnibus cor  
 de credentibus, quod uicturi sunt nomine meo & pec  
 catū & mortem. Proinde hunc locū non pertinere ad  
 potestatem pontificiam confirmandā, argumēto est,  
 quod si portae inferi, id est, tyrannides regum infero  
 rum nō praeualiturae sint aduersus ecclesiā, quia in pe  
 tra collocata sit, necesse est, intelligas petra fidei, id  
 est, ipsam fidem in Christū. Alioqui si petram, id est,  
 hominē intelligis, satis cōstat, quod aduersus hominē,  
 hominisq; potestātē sint ualiturae inferorum portae.

Petra quid.

ET DABO TIBI CLAVES.

Quartus locus. Claves administrationē ecclesiastē  
 cam significant. Est autē ecclesiastica administratio  
 sacramētorū. Et Christus ipse rationem clauū expli  
 cat, dicens. Quodcunq; &c. id est, quicquid iusta sen  
 tentia declaraueris, ratum habebō, ut apud 10. ca. 20  
 Quorum remisseritis peccata, remittentur &c. Quo  
 rum retinueritis, retenta sunt. Et in his uerbis pro  
 missio quaedam est, & ius ligandi, soluendiq; atq; id  
 concessum ecclesiae, cuius minister est, frater fratrē  
 remissionem aut retentionem declarans.

Claves.

NUNC EDIXIT DISCIPVLIS SV.

E 2 Quis

ANNOTATIONES P. MELAN.

**Q**uintus locus. Mysterium incarnationis uerbi, est alio tempore, & alijs clarius reuelatum, sicuti uidemus in Mose & alijs prophetis. Proinde & hoc tempore Christus satis esse uoluit, credi in uetulum saluatorem, nec addi, se esse illum ipsum saluatorem. Referebat enim non ante gloriam suam declarari, quam passus esset, atque adeo absolutum esset mysterium redemptionis. ut est apud Ioannem ca. 15. Cum uenerit paracletus quem ego mittam uobis a patre, spiritum ueritatis, qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, & uos testimonium perhibebitis.

**ET CVM ABDUXISSET**  
cum Petrus.

**L**ocus sextus. Duplex est exemplum, primum, fragilitatis humanae. Nam Petrus qui ante beatus praedicabatur, nunc satam dicitur, & Christo est scandalo. **Petrus satan.** Ceterum, totus locus est παραδειγμα scandali. Sicut hic Petrum offendit quod Christus passurus sit, ita offenduntur in Christo, quotquot humilem eius personam, & contemptum non exosculantur, hoc est, quotquot non toleramus aduersa, quotquot doctrinae Christi humanas traditiones praeferrimus. Atque hic admonet Christus, doctrinam suam eiusmodi esse, quam nemo profiteri queat, nisi qui se abnegauerit. Sic supra cap. 10. Non ueni mittere pacem, sed gladium.

**SI QVIS VULT POST**  
me uenire.

Septimus

**S**eptimus locus. Quod dicit, 'Abneget semetipsum, satis indicat nihil esse in humanis uiribus sani aut boni, sed omnino quicquid est uirium naturæ, repugnare Christo, aliàs dixisset, ædificet semetipsum, non abneget. Huic sententiæ affine est & illud. Qui uult animam suam seruare, perdet eam, hoc est, odio prosequatur seipsum. Nunc autem natura sese diligit, & philosophia sese ædificat.

SVNT QUIDAM

hic stantes.

**O**ctauus locus. Qui multis occasio fuit temporibus Apostolorum, ut crederent filium hominis uenturum, cum mortui fuissent Apostoli. Contra eam opinionem scripsit Paulus in utraq; ad Theßalonicenses epistola. Est autem sententia, Qui credunt in me nõ gustabunt mortem, id est, horrorem & metum iudicij, & flagrum conscientie, quem locum Paulus tractat in Romanis. 8. capi.

CAPVT XVII.

**T**ransfiguratio est sensus quidam, siue gustus beatitudinis, & gustus ille est raptus quidam spiritus. Faciem resplendere, est perfundi luce celesti. Mosen & Heliam loqui cum Christo, est legem & prophetas conuenire cum euangelio.

HIC EST FILIUS MEVS &c.

**C**hristus solus dilectus filius est patris, nos uero filij sumus iræ. Si ergo & nos placere uelimus patri,

E 3 filium

ANNOTATIONES P. MELAN,

Filiū eius audiamus Christum. Audire uero Christū nemo potest, nisi per fidem. In Christo ergo credendum omnibus, qui patri se insinuare uolunt.

**CVR IGITVR SCRIBAE DICVNT.**

**A**puđ Malachiam prophetam legimus ca. ultimo. Heliam uēturū ante diem domini magnū. Nunc autē secundus aduentus Christi similis erit primo aduentui. Sicut ante primū aduentū Christi uenit Ioānes in spiritu Heliae, ita et ante aduentum secundum, adueniēt quidam in spiritu Heliae. Multi sunt qui Ioānem fuisse Heliam putant, Christi testimonio inducti.

**O GENERATIO INCREDVLA. &c.**

**C**onfirmanda fidutię & spei exemplū est, & insigne quidem, quo spectatur non solū nihil impetrari nisi fide, sed etiā dolere Christum de incredulitate & diffidentia nostra. Nam cum bonitas Christi eiusmodi sit, ut effundere se uelit in omnes, fieri non potest quin doleat, si qui eam beneficiā, diffidentia auersentur. Primum uero in hoc exemplo Christi bonitas spectatur, quod adeo se deiecerit, ut & conuersari incredulis & prauis uoluerit, quo animū adderet malis & incredulis, conuertendi se ad Christum. Sic Paulus ad Philipp. 2. Is enim affectus sit in uobis, qui fuit et in Christo Iesu, qui cum esset in forma dei, non rapinam arbitratus est & c. Deinde in ijs que passus est Christus, uel primo loco numerari debet dolor, quem inflixit ei nostra diffidentia. Sic apud Marcū. 3. Contristatus

tristatus est super cecitate cordis eorum. Adeo non uenit Christus damnaturus, sed saluatorus, ut etiam uehementer doluerit esse, qui non credant, qui beneficium non accipiant. Proinde non solum credere oportet, ut impetres, sed etiam, nisi credas te impetraturum, & consequatur quod optas, magni doloris esse in Christo argumentum. Idco increpat incredulos, quo significat non solum citra fidem nihil donari, sed etiam succensere incredulis, & exigere ut credamus, ut beneficium accipiamus. Obseruandum diligenter quam sit grauis increpatio, qui alias mansuetissimus esse soleat.

C A P V T X V I I I.

**A**lio discipulorum questio, et alio Christi responsio pertinet. Querunt enim discipuli de regno caelorum, id est, de externa rerum administratione, quem uelit summae rerum praesesse Christus. Respondet autem reuocans eos hic a sensu carnis ad spiritum, aliud quiddam esse regnum caelorum, quam quod ipsi censeant. Esse uidelicet conuersum spiritum, & absolutam ueramque humilitatem. Deinde, maiorem fore in regno caelorum eum, qui humilitate uicerit. Est autem humilitas spiritus, quam hic in paruulo describit, qua nihil nostri, non opes, non corpus, non animi dotes, sapientiam, prudentiam, castitatem, & quicquid est reliquarum uirtutum agnoscimus.

QVI AVTEM offenderit VNVM etc.

Hic locus scandali uidetur proprie ad maiores pertinere,

E 4 tinere,

ANNOTATIONES P. MELAN.

tinere, quia mentionem oculorum facit & manuum, quibus significantur doctores & rectores populi.

**T** Admonet autem ut uigilemus, quia necesse est uenire scandala. Quo quisq; similior erit paruulo, quem Christus in mediū statuit, eò maior futurus est in regno coelorum. Paruuli ij proprie sunt, qui sui nihil agnoscunt. Satis iam cōstat opinor, quā fiducia rerū quarumcunq; non saluet, præter solum Christum.

**SI PECCAVERIT IN**

te frater tuus &c.

**T** Hic locus apte coheret cum superiori, totus ad condemnationem offensi pertinēs. Primum mandat, ne quis alterum lædat. Postea quid faciendum læso, iubet autem condonare delictum.

**QUOD SI NON AVDIERIT. &c.**

**V**era excōmunicatio. **T** Quæ quōdam, consuetudo fuerit excōmunicandi, tum hic locus indicat, tum. i. ad Corinth. 5. Vbi quidā nephario coitu pollutus eijcitur. Consensu enim ecclesie, non solius episcopi arbitrio res gerebatur. Excōmunicandos autem propter scelera Paulus indicat dicens. Si quis est fornicator aut auarus, cum illo nec cibum sumas, sit tibi uelut ethnicus & publicanus.

**AMEN DICO VOBIS &c.**

**T** Hic locus sicut superior, sacramentum pœnitentiæ sanxit. Est enim pollicitatio quædā, qua promittitur peccatum remitti, absolvente claue. Nam authoritatē clauium clarius hic tractat q̄ supra, cū Petro singulariter

riter loquitur. Quodcumq; ligaueris &c. Hic enim quia ecclesie consensu eijciendum peccatorem censet, clauium auctoritatem & ius in ecclesiam reijcit, ut quod soli Petro dictum erat, intelligatur non solū Petro, sed omnino uniuersae ecclesiae dictū. Vbi duo uel tres cōgregati in nomine meo &c. id est, in fide. Hæc est enim finitio ecclesiae. Ecclesia qd.

**ASSIMILATVM EST**

regnum caelorum.

Hac parabola inuitat nos Christus ad ignoscentiam.

**C A P V T X I X.**

**D**uo sunt hic insignes loci, altero diuortia tolluntur, altero præceptū nubēdi. Primum hic Christus dicit non esse nisi duorū coniugium. Deinde coniugium indissolubile esse, tertium solui coniugium duntaxat propter causam fornicationis, & de his quidem conuenit. Sed in eo disputatur, sit ne ius solutis iam rursus nubēdi & ducendi. Et recepit hodie ecclesiae cōsuetudo cōfirmata pōtificijs sanctionibus, nō licere post diuortium neq; uiro aliam ducere, neq; mulieri, alteri nubere. Atq; hoc diuortiū, quo non fit cōpia incundi noui matrimonij, nomine magis quā re diuortium est. Proinde post diuortium copiam esse saltem alteri noui matrimonij conciliādi, probabilius est. Diuortium.

**SI AD ISTVM MODVM**

habet causa. &c.

Neq;

ANNOTATIONES P. MELAN.

**C**oelibatus. Neq; nubere praeceptum est, neq; coelibatus, sed quisq; potestatem habet sui corporis. Sic Paulus Corinthiis. Consequitur ergo iure diuino liberum esse Christiano ad conubia, & ad coelibatum. Iam spectandum est iure humano quid liceat. Coelibatus praeceptus est sacerdotibus iure humano, iure diuino nequaquam. Et disputari in eo posset, utrum hominibus licuisset statuere de coelibatu, maxime cum Christus ipse dicat. Non oēs capiunt uerbum illud .i. non in oim uiribus est. Et Paulus I. Cori. 7. De uirginibus aut praeceptum domini non habeo etc. Alius aliam gratiam habet. Iam leges humanae nullae sunt si uel periculosa uel intolerabilia praecipiant, ne dum impossibilia. Oportet legem humanam esse tolerabilem non occasionem peccati. Nec hodie orientalis ecclesia consensit, ut sacerdotes uxoribus non uterentur.

MAGISTER BONE. &c.

**R**eferri uidetur ad uerba adolescentis. q. d. frustra interrogas, quid boni facturus sis quum nemo hominum quicquam boni facere queat. Solus enim deus bonus est, quem etiam se esse obscure significat. Alij & melius eodem referunt. q. d. Christus, cur me bonum dicis? quem deum non credis? Agit id pluribus in Annota. Erasmus.

OMNIA HAEC SERVAVI

**H**unc locum uulgo exposuerunt in hanc fere sententiam. Primum, legem ab adolescente per omnia impletam esse. Deinde à Christo gradum legi esse additum, quem posuerit tamen in arbitrio adolescentis, atq; ita consuluisse, ut eni-



ut eniteretur ad perfectionem, diuenditis omnibus bonis suis. Verum hanc sententiā alienā esse, sequentia indicant, cum adolescens tristis abiit. Significat enim ea tristitia, hæsisse adolescentem affectu quodā adhuc in opibus suis. Proinde sic exponendus est locus ille, Sic mētitur primū arroganter à iuvene esse dictum, se impleuisse legem. Deinde Christū oblique significasse, legem nō impletā esse, cum dixit. Si uis perfectus esse. q. d. Si legem impleuisses, nō essent tibi tantæ curæ opes tuæ. Proinde, si uis perfectus esse, abdica amorē rei familiaris. Vide quibus per opes tuas benefacere queas. Et in hanc sententiam copiosius exponit Origenes. Non est ergo gradus supra legem, uendere rem familiarē, sed est gradus infra legem, affectu scilicet in re familiari non hærere, & per rem familiarē prodesse, quibus possis, atq; hoc quidem præceptum est. Non ergo illa perfectio sita est in auctione opum, ideo nec paupertas euangelica est, nihil habere, sed affectu non hærere in opibus, & per opes iuuare, quos possis præcepit Christus. Præcepit item ut demus, ut iuueamus, nō ut accipiamus, aut aliorum sanguine uiuamus. Monachi relinquunt sua, ut nostra accipiant, relinquunt paucā, ut possideant omnia. Consule Hypotyposis titulo de monachorum uotis.

**VENDE OMNIA QVAE HABES. Paupertas**

Paupertas euāgelica est, qua sic quis à se studium opum abdicat, ut nec desideret, si desint opes, nec doleat auferri



ANNOTATIONES P. MELAN.

at auferri quod habet. Deinde quod habet, ei se diuini-  
tus præfectū esse, tum curatorem, tum dispensatorem  
intelligat, ut cuiusuis necessitati commodet. Atq; hoc  
est qd' iubemur uēdere, hoc est, abdicare affectū, &  
amorem opū, ut habeamus tanq̄ nō habeamus. Sic iu-  
bemur dare pauperibus, id est, accommodare nostrā  
omniū usibus, sic tamē ut et nostri rationē habeamus,  
quod Paulus monet .2. Corinth. 8. Ne sit nobis tribu-  
latio, alijs autem remissio. Hæc paupertas non consi-  
lij sed præcepti est, & ad oēs homines pariter perti-  
net, comprehenditurq; præcepto quo furtum prohi-  
betur. Deinde paupertas euangelica uere est illa com-  
munio rerum, quæ sancitur euangelio, non quòd in o-  
mnes omnia dissipari debeant, aut quòd cuius grāssa-  
ri liceat in opes aliorum, sed quòd oporteat Christia-  
num pectus sic constitutum esse. ut optet tantū alijs  
curator & dispensator esse, & dare cuius petenti et  
indigenti. Sicut enī diuinitus alijs eloquentia, alijs re-  
rū agendarū consilia, alijs magnus animus in pericu-  
lis obeūdis, breuiter alijs alia donata sunt, ita quibus-  
dam opes quoq; datæ sunt, non ut suæ quisq; libidini  
seruiat, sed perinde ut eloquens alijs seruit, prudens  
alijs consulit, ita diues alijs commodet. Vt impiū est  
negare roganti consilium, ita impium est negare ege-  
no, si quid petierit, atq; in hoc sita est cōmunio rerū.

Dare beatius  
q̄ accipere.  
Act. 20

Hinc satis constat non esse paupertatem euangelicam,  
mendicitatem. Nam paupertas euangelica in erogādo  
consistit

consistit, mendicitas in recipiendo. Item quomodo ue-  
ri simile est, mandatum diuinitus, quod nō possūt oēs  
Christiani equaliter obseruare? at mendicare, quomo-  
do possumus omnes? Imō sic in lege Mosaica cautum  
est, ne quis mendicaret. Deutero. 15. Et omnino indi-  
gens & mendicus non erit uobis. Et rursus nō deerūt  
pauperes in terra tua. Idcirco precipio tibi, ut ape-  
rias manum fratri tuo egeno & pauperi.

ECCE NOS RELIQVI-  
mus omnia. &c.

**P**etrus humano affectu querit quid expectandum  
sibi praeij sit. Respondet Christus, Primū quod pra-  
miū accepturi sint piij, scilicet iudicatuos & regna-  
tuos cum Christo. Deinde qui sint accepturi, nempe  
ij qui reliquerūt domū, patrem, matrem, fratres, so-  
rores, uxorem, filios, hoc est, eos qui sunt abdicatis  
affectibus ab omnibus creaturis, & haecenus ad hu-  
manum affectum Petri conuiet, quod exemplum be-  
nignitatis Christi est. Postea perstringit Petrū, sub-  
iecto timoris argumento, q. d. Petre receptus es, uide  
ne huius beneficiij gratiam amittas. Esto, relinqui-  
ris omnia, at nondum ita reliquisti, ut non queas redi-  
re ad uetus institutum. Ereptus es peccato, uerum nō  
ita, quod peccare nunquā possis, ne nimium tibi fidas,  
sed time, quia multi nouissimi erunt primi, & primi  
nouissimi. Et tantum de hoc capite.

Abdicar  
affectus.

C A P V T X X.

Vltimum

ANNOTATIONES P. MELAN.

Primi no-  
uissimi.

**V**ltimā superioris capituli sententiā hęc para-  
bola exprimit, quę ad causam prædestinatio-  
nis, & ad perseuerantiā pertinet. Sicut enim in ijs,  
qui in uinea laborarunt, non unquē primi ultimis compa-  
rantur, & ultimorum opera pluris fiunt, quā pri-  
morum, ita in regno cœlorum anteuertēt primos ali-  
quando ultimi. Multi enim sunt uocati, pauci uero ele-  
cti. Sic anteuertit Iudam apostolum Magdalena me-  
retricula: sic Simonem Samaritā Paulus. Videtur enī  
pertinere parabola ad comparationem eorū, qui excē-  
derūt gratia, cum ijs, à quibus illi occupati sunt. Nam  
qui exponunt de saluandis tantum, cōnituntur, quod  
est in euangelio, tantum datum esse ultimis quantum  
primis, propterea & primos intelligi saluandos. At  
uero in eo non uidetur esse uis parabole. Sed in hoc  
quasi exemplo significatur, anteuerti primos ab ulti-  
mis. Deinde primi serui erunt oculo nequā, & pacta  
mercede non fuerunt filij, sed serui. Secundi & tertij  
nulla mercede pacta serui erunt. Filij igitur fuerunt,  
non serui. Primum hic obserua, uitam piorum esse in  
assiduo profectu, impiorum in assidua defensione. Pij  
sunt qui timent, impij qui non timent. Deinde perseue-  
rantiam esse opus dei, non nostri.

POTESTIS BIBERE POCV. etc.

**I**ndicat participes regni Christi nō fore, nisi qui bi-  
bant calicem Christi, non fore coheredes Christi, nisi  
qui fuerint consortes laborū. Sic Paulus ad Ro. 8. ca.

Caput

CAPVT XXI.

**D**icite filia Sion. &c. Zachariae prophe. uerba sunt, ab euangelista nonnihil uariata. Nam sic leguntur ca. 9. Exulta filia Sion, iubila filia Hierusalem, ecce rex tuus ueniet super asinam, & super pulum asinae, quibus uerbis euangelij uim propheta propriissime significauit. Nam Christum uenire non est aliud, quam spiritum conferre, quo rapiuntur, & transformantur animi nostri, ad complectenda caelestia, & quo sedantur ac pacantur conscientiae, atq; adeo dare certae salutis certum signum et pignus. Ideo a uoce plena letitiae orditur. Exulta uehementer filia Sion. Vides autem quanta emphasi propheta pacatae conscientiae spiritum descripserit, cum dicit. Exulta, uehementer iubila. Ecce rex. q. d. contingit tibi quiddam supra captum tuum, quod rectius mireris quam comprehendas. **Christus** Deinde emphasis est, in eo quod dicit. Venit tibi rex. **rex.** bi rex tuus, significans hunc regem pignus fore salutis nostrae. Regem autem uocat, qui contra duos hostes, peccatum, & poenam peccati, tuatur credentes, & ut significet, qualis rex sit futurus, addit, iustus, quod auctor sit iustitiae, pacis, & uirtutis, credentibus, hoc idem significat in uoce saluatoris. Postremo quod ait. Ipse pauper, rursus emphasis est in uoce ipse. Pauperem uocat antithesi quadam. Nam ut lex est nuncium irae magna exigit, poenas interminatur, ita contra. **Christus** nihil exigit, nihil minatur, sed semetipsum suppeditat nobis

ANNOTATIONES P. MELAN.

nobis qui hoc absoluit, quod lex imperabat, condonat si quid peccatum est. Deniq; per omnia clemens, misericors, & indulgens est. Et id pauperis siue mansueti uoce significat. quod est in Hebræo pauper, Euangelista reddidit mansuetum.

**HOSCHIANA FILIO DAVID. &c.**

**A**cclamatio populi est, qua bene precatur Christo, hoschiana, id est salutem imperti, fortuna bene comoda filio David. Neq; enī uulgus id tēporis norat Christum esse deum simul. Quāq; enim sciebat redimēdū esse Israēlem per hunc Christū, tamen ei saltem precatur diuinitus, & ut homini gratulatur, acclamat ut seruatorem in nomine domini uerientem. Sunt autem uerba petita ex psal. 117. O domine salutem imperti, o domine bene prosperare, benedictus qui uenit in nomine domini. Atq; hunc psalmū decantatū fuisse quotidie in expectationem seruatoris, in iudaicis synagogis testatur Hierony. Et quantus hic populi plausus fuit, tanta fuit & prophetae gratulatio, clamātis. Hæc dies quam fecit dominus, exultemus & letemur in ea. **I**am ad emphasim pertinet, quod hoschiana nō est interpretatus, sed illam ipsam acclamantis populi tritiphalem uocē historiae inseruit, eamq; ingeminatā. hoschiana, id est, salutē imperti filio David, id est, cōfirma eius regnū. Benedictus .i. inclytus gloriosus, qui uenit in nomine domini, qui uenit missus diuinitus, rex asserturus Israēl. Hoschiana, Euge domine qui in altissimis

tiſſimis regnas, bene cōmoda filio Dauid. Addunt hic regis uocabulum Lucas & Ioannes. Hic planè noui cuiusdam regni auspicia deſcribuntur, & nouus quidam rex feſtis iam acclamationibus excipitur, qui diaboli regnū excindat & deuastet. Atq; hoc modo excipiūt nouū regē, quotquot ſentiūt ſe à tyrānide diaboli liberatos eſſe. In illorū animis hæc frequens eſt gratulatio. Hi gaudent ſe ereptos eſſe, & poſtq̄ ſemel guſtauerint bonitatē Chriſti, ijs acclamationibus ſalutē excipiūt, cōplectūtur auide & anhelī Chriſtū. Antea ſalutem & ſucceſſus cupiditatibus noſtris precabamur, benedicebamus nō qui ueniebat nomine domini, ſed q̄ ueniebat noſtro nomine. Iam Chriſto ſubiſcimus illi optantes regnū, illi bene precātes, illi nos deuouētes, benedicimus ueniēti nomine domini. At nomine domini ueniētē cōplectimur eū, qui ſeruare, qui tueri uenit. Et tale regnum deſcribit propheta eodē pſalmo. *Aperite mihi portas iuſtitie, ingreſſus in eas confitebor domino, hæc porta domini, iuſti introibunt in eā.* Nam uulgari tropo ſcripturæ, portæ regnum ſignificant. Atq; hæc eſt gratulatio omnium, qui à peccatis ſe ſentiunt redemptos.

Portæ i ſcripturis quid.

### ET INTRAVIT IESVS

in templum &c.

**¶** Declarat, qualis rex ſit, nimirum templi domini. Non autem facit ſe regem romanorum, ſed iudæorū, id eſt conſitentium ſe.

¶

Qua

ANNOTATIONES P. MELAN.

QVA AVTORITATE

*hæc facis?*

**¶** Querunt principes sacerdotum, qua autoritate, id est quo iure hæc faciat, quasi dicerent. Num ignoras Christe, nos esse principes sacerdotum? nos esse pontifices? ut quibus obstrepere non liceat? quorum sit censere, non censeri? de quibus non licet inferioribus iudicare? Respondet aut argute Christus per questionem, qua significat intelligere ipsos, quo iure hæc faciat, si quidem Ioanni credidistis, necesse est, ut et mihi credatis, nimirum de quo ille testimonium perhibuit.

LAPIDEM QUEM REPROBAVERUNT.

**¶** Primum hoc uersu significatur oportuisse Christum occidi a pontificibus. Nam ij significatur per ædificantes, Deinde, Christum esse caput et basim fidei nostræ, et compagem iustitiæ, hoc est, nullam esse solidam iustitiam, nullam esse absolutam pacem, nisi quæ a Christo accepimus. Et in hunc modum exposuit Petrus 1. ca. 2. Ut in eo crescatis in salutem. Si quidem gustastis quod dulcis sit dominus, ad quem accedentes, ceu ad lapidem uiuum, ab hominibus quidem reprobatum, a deo aut electum, et honoratum, et ipsi tanquam lapides uiui super ædificabimini. Postremo esse anguli caput, significat nos omnes unum esse in Christo, quæ unitas per charitatem perficitur.

Aedifican-  
tes.

Caput an-  
guli.

ET QUI CECIDERIT

super lapidem istum. &c.

Id est.



**I**d est. cui scandalo fuerit lapis iste, hoc est Christus, confringetur. Super quem uero lapis ceciderit, id est, quem iudicabit Christus, illum conteret, qui locus totus ad scandalum pertinet, quo offendimur humilitate Christi, ut & supra ipse dixit. Beatus qui non fuerit scandalizatus. Huc maxime pertinet, cum diffidentia obfundimur, aliunde quærentes conscientie pacem, quam à solo Christo.

Aliunde pacem quære-  
re quam à  
Christo.

**CAPVT XXII.**  
**AMICE QVOMODO**

huc intrasti?

**I**ntrare ad conuiuium citra uestem nuptialē, est in speciem pium esse, adeoque humaniter, sed carere ueste nuptiali, hoc est fide, quæ sola est interna & ab soluta iustitia. Atque ille quidem eijcitur in tenebras exteriores, quia ueste nuptiali caret, quantumuis opera speciosa fecerit. Non est igitur parabola intelligenda sic, quod ij tantum damnentur, & patiantur poenas inferorum, qui mala opera fecerunt, sed & ij qui speciosa, at citra fidem, fecerunt. Impossibile profecto est, ut ibi aliquid sit boni, ubi non est spiritus dei.

Vestis nup-  
tialis.

**QVIV VOBIS VIDE-**  
**tur de Christo?**

**H**uius questionis scopus est, Christum & filium Davidis & dominum esse, iam ut nihil prius est in Christianismo, quam cognoscere Christum, Ita non cognoscitur Christus, nisi comprehensus fuerit esse filius Davidis, &

Christus fi-  
lius & do-  
minus Da-  
uidis.

F 2 dominus



ANNOTATIONES P. MELAN.

dominus. Filius est, quia carnē ex homine assumpsit, deinde et minor Dauidē, qui assimilatus est despecto, & relicto à deo, atq; inter iniquos reputatus, ut contemptissimas hominum formas induceret, & per oīa iniquis similis factus est, ut amabilis fieret afflictis cōscientijs. Dominus autē est in spiritu, qui iam regnat in pijs mentibus, ne caro regnet, atq; ad eò ne qua uis sit peccato, nec affligat consciētias. Hinc scaturit peccatum regnans & regnatum apud Paulum. Nec regnet peccatum &c. Dauid deniq; fuit figura Christi, eius scilicet qui regnat in nobis quāndiu pugnamus cum affectibus. Solomon uero pacificus, typum gessit eius, q̄ regnat glorificatus in coelis. Vt Dauid pugnauit & uicit, ita Christus in nobis foeliciter pugnat cū affectibus nostris, & uincit, inde post uictoriam, ut pacificus Solomon quiete regnaturus.

C A P V T X X I I I.

**D**icit significanter, In cathedra Moysi sedent scribae & pharisaei, id est, qui habent auctoritatem interpretandi legem Mosaicam, non autem suas traditiones. Itaq; quatenus legem Mosaicam praedicant, quaecumq; dixerint, seruate. Iam si recipias hunc locum de omnibus constitutionibus, tam diuinis, quā humanis, sibi non constabit. Nam & Christus supra ca. 15. arguit phariseos, quòd propter suā traditionem mutauerant legem dei. Deinde non dubium est, quòd nihil possit constitui contra legem dei, nec cōstitutionē

stitutioni obedire cogemur, quia oportet deo magis obedire quam hominibus. Actu. 5. Intellige itaq; huc locum de lege diuina, ubi dicitur. Quaecunq; iusserint uos seruare, seruate et facite. De humanis constitutionibus ita sentias, obseruandas esse, nisi necessitas aut charitas dispenset. Nam Christus obseruandas etiam uoluit, ubi tributum persoluit.

VAE AVTEM VOBIS SCRIBAE &c.

**S**upra uidimus saepe Christum nobis ab euangelistis depingi, quasi spectrum misericordiae, mansuetudinis, benignitatis. Quid est igitur, quod tantopere diris deuouet execrationibus scribas? Respondeo, quia humanam & suam constituebant iustitiam, quae uere peccatum erant. Isti proprie claudunt regnum caelorum, qui hodie euangelium, uirtutis regnum non praedicant, & impia docent, imo suis constitutionibus cauteriatas hominibus conscientias pariunt. Quia comeditis domos uiduarum, dum sub praetextu precibus prolixis precamini. Sacerdotum auaritiam hic perstringit. Quia circuitis mare &c. Reprehendit uanam gloriam.

Diris deuouet hypo-  
critas.

**Q**UICVNQVAE IURAUERIT  
per templum.

**I**urare per aurum templi, uidetur esse, quod iurare apposita conditione, ut nisi satisfecero promissis, tantum auri dabo templo, tam qui simpliciter iurasset, non accusabatur, atq; adeo nihili fiebat contemptus nominis diuini. Puniebantur autem qui aliquid addixissent

Iurare per  
aurum templi.

F 3 auri,

## ANNOTATIONES P. MELAN.

auri, quo palàm fiebat puniri uitia, nō ut meliores ho-  
mines fierent, sed ut & ipsi scribæ lucro auferentur.  
Hæc non minus ad nostra tempora pertinere memine-  
ris, cum uota templis facta magnificimus, promissa  
uero fratribus præstita haud pili curamus. Ac graues  
constitutiones de sacerdotum coelibatu constituimus,  
non ut meliores fiant, & concubinas eijciant, sed ut  
pœnam fisco, ut uocant, persoluant.

V AE VOBIS Q VIA  
decimatis mentham.

**D**uplicia sunt opera, quædam necessaria, quædam  
media. In medijs multa sunt discrimina. Necessaria  
sunt omnia quæ mandantur decalogo. Primo præce-  
pto, fides mandatur. Secundo cultus diuini nominis.  
Tertio, tolerãtia operis diuini. Reliqua omnia sunt,  
quibus proximo obstricti sumus. Fide deo concilia-  
ricordia, iu mur, misericordia & iudicio proximo. Ita enī ijs tri-  
dicio, lex bus totam legem comprehendit. Porrò omnes cere-  
omnis com monie mediae sunt, ut si casus dederit, possis auxilio  
prehendi= esse proximo tuo, discedens libere à ceremonijs.  
tur.

EXCOLANTES CVLICEM.

**I**d est, contemnitis ea, quæ pluris facienda sunt.  
Vos totum camelum deuoratis, & culicem dimittitis

AEDIFICATIS SEPVLCHRA.

**C**œperat Iudæa imitari Aegyptum, & ad huius  
exemplum expoliebat sepulchra. Nota sunt, quæ de  
pyramidibus Aegyptiorum scribuntur.

Ecce

ECCE RELINQVITVR

uobis domus. &c.

**I**d est conscientia & animus sine fide in Christo, relinquitur afflictus & desertus.

CAPVT XXIII.

CONSVRGET GENS

contra. &c.

**R**ecenset Christus mala uentura nouissimis temporibus, bella, pestilentia, famem, uastationes, & oim maloru maximu, peruersam doctrinam et abominatione desolationis, stantem in loco sancto.

Tunc tradent, inquit, uos, id est, meos qui predicaturi sunt euangelium in afflictionem, & surgent multi pseudoprophetae, ac seducent multos. Ego plane existimo haec dici de publicis uniuersitatibus. **Di** bis autem Antichristum non esse unam personam. **Di** cit enim hic, Multi pseudoprophetae.

Antichri-  
stus non est  
una psona.

ABOMINATIONEM.

**L**ocus est longe obscurissimus apud Danielem de hebdomadibus, de aduentu Christi, & ijs quae post Christum uetura sunt. In fine aut capitis noni Daniel inquit. Confirmabit aut pactum multis hebdomada una, & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificiu, & erit in templo abominatio desolationis, et usq; ad consummationem, & finem perseuerabit desolatio. Quod uidetur sic exponi. Christu confirmatum pactu, i. euolgandum euangelium, sicut hic dixit

Hebdoma-  
da.



## ANNOTATIONES P. MELAN.

Et prædicabitur hoc euāgeliū regni in uniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus. Deinde uero in dimidio hebdomadis, id est, post prædicatū euangelium, futuram abominationem desolationis, hoc est, ἀποσεία πιν ecclesia. Perinde atq; Paulus dicit 2. Thessa. 2. Ne quis uos decipiat illo modo, quoniam nō adueniet dominus, nisi uenerit defectio prius, et reuelatus fuerit homo ille sclerosus filius perditus, qui est aduersarius, et effertur aduersus omnē q̄ dicitur deus aut numē, adeo ut in tēplo dei sedeat, ostētās seipsum esse deū. Vt itelligas abominationē de ecclesia, nā aliq̄ hūc locū ad Hierosolymorū destructionē torserunt.

### SICVT ENIM FVLGVR

exit ab oriente.

**¶** Quia subito inquit Christus se appariturum, & tamen tantam fore tribulationem, quanta non fuerit à condito mundo, subiecit consolationem his uerbis. Vbi cunq; enim fuerit cadauer, illic congregabuntur & aquilæ, q. d. nihil erit meis periculi. Nam ita consolabor eos, ut aquilas cadauer. Et uidetur hac uoluisse uti figura potissimum, eo quod plurimum fiducia mors Christi pijs facit, sicut aliās requirentibus signum nō dabitur, nisi mors mea.

### SOL OBSCVRABITVR.

**¶** Videmus hic quāta diligētia, et q̄ solícite nobis hæc iculcet, ne adeo secure stertamus. Sic Pau. Cū dixerit pax & securitas, tūc repētinus supueniet interitus.

Sed

SED SICVT ERANT DIES Noë

**T**errere nos debet hoc exemplū horrendū planē, siquidem scimus, quā pauci eo tempore seruati sunt.

TVNC DVO ERVNT IN AGRO. &c.

**E**x duobus, inquit, qui sunt in eodem agro, assumē dū alterū, alterū relinquendū. Significat enim fore nouissimis tēporibus ut ij qui in speciem pijs simillimi fuerint, damnentur. Et totus hic locus contra hypocritam & pharisaicam speciem dictus est.

C A P V T X X V.

**S**copus parabola est cōmendatio uigilantiæ, et de **S**testatio ὑποκρίσεως. Nam cū aliās in uniuerso euāgelio damnatur humana iustitia, tū maxime in his tribus capitibus, eo quod humana iustitia non sit, nisi fallax species fallaciū operum. Iustitia uero fidei est confidens animus Christo. Et inter utramq; hoc interest, qd' humana iustitia nō est cōpos ullius affectus, iustitia uero fidei peruincit quicquid est tētationū, aut afflictionū. Quod aut dicit, morā faciēte sponso, generaliter significat aliquādo pios affligi, ut probentur. Ceterū et proprie pertinere uidetur ad statū temporum nostrorū, quæ palā est esse tēpora tenebrarū. De **D**ecem uirgines significāt uniuersitatē ecclesiæ, ut ait in **L**ampades. toto mundo. Lampades, omnem externū cultū, orationē etiam & doctrinā. Oleū aut affectū & coelestē **O**leum. spiritū, quē nobis Christus diuinitus suppeditat per **F** **S** euangeliū

ANNOTATIONES P. MELAN.

euangelium. Nam & uenditores olei, non alios intel-  
ligere debemus, quàm predicatores uerbi.

DORMITAUERVNT OMNES.

**V**ult significare, quòd & uere pij patiatur aliqd  
hypocriseos. In media nocte .i. in medijs tētationibus  
Ecce spōsus uenit. Vox hæc piorū. Vigilate etc. uox  
est contra confessionalia, & certifica. ionē pōtificale.

SICVT ENIM HOMO

peregre proficiscens. &c.

**H**ilarius sic inquit. Paterfamilias Christus est, is  
abiēs à nobis, reliquit cuius talentū .i. doctrinā sacrā.  
Iudæis quinq; talenta, quinq; libros Mosi, duo talenta  
gentibus, euangeliū & uetus testamentū, unū talentū  
Iudæis obstinatis .i. solā ueterē institutionē. Hæc satis  
eleganter Hilarius, nescio etiam an satis probè.

Non dubiū est mihi, quim τὸ ἀποκρίματα de uno talē  
to pertineat ad nostra tēpora. Quòd uero alijs quinq;  
duo alijs, alijs unū talentū traditur, significare uide-  
tur aliorū functionē ad plures pertinere quàm alio-  
rū. Sed ad extremū, cui unicū talentū datū est, et is  
nihil lucrificat metu, ad eos ptinet, qui pusillanimita-  
te quadā reijciūt à se publicarū rerū usum & curā.

**P**aterfamilias peregre abiēs, Christus est, qui iam  
docet ecclesiā, nō per se, sed per episcopos predicā-  
tes. Idē dispēsāt talenta alijs alia .i. suū cuiq; munus,  
Vocatio. suum cuiq; officiū. Dispensat aut ipse, quo significat  
expectādam esse uocationem, nec ad publica munera  
nobis



nobis aspirandum esse nostris cupiditatibus. Est autē uocari præfici eam, qui non ambiuit.

CVM AVTEM VENERIT  
filius hominis. &c.

**P**ertinet hic locus ad prædestinationē sanctorū, facile ex hoc textu intelligere queas, quæ uera & Christiana sunt opera. Charitatis uidelicet, non superstitiosarum ceremoniarum.

CAPVT XXVI.

**P**rimum satis constat, fidem esse caput iustificationis nostræ. Est autē fides, ascensus, quo humanus animus complectitur diuinam promissionem. Ergo in theologia præcipue sunt obseruanda promissionum uocabula, testamentū, foedus, pactū, promissio, quibus uocibus diuinæ promissiones significatur. Secundum. Fides est principium iustificationis in hunc modū. Deus promittit aliquid homini, ceu testatur. Hoc promissū tum arripit humanus animus, & credit, qua fide & credulitate se reuincit in deum, atq; hoc est principium iustificationis. Sic Abrahæ, sic Noe, sic alijs aliæ promissiones factæ sunt. Sic sunt promissiones propheticae, ut apud Esa. ultimo. Quomodo si cui mater blanditur, ita & ego consolabor uos, & in Hierusalē consolabimini, uidebitis & gaudebit cor uestrum, et ossa uestra. Sic in euangelio. Ipse saluabit populum suum à peccatis suis. Item. Vsque ad consummationē seculi uobiscum sum. Item, Super hanc petram ædificabo

Fides caput  
iustificatio-  
nis.

Promissio-  
nes.

Fides prin-  
cipium iu-  
stificatiōis.

ANNOTATIONES P. MELAN.

Signa pro-  
missionibus  
addita.

cabo ecclesiam meam. Et portæ inferi nō praeualebūt aduersus eam. Tertium, Pollicitationes serè confirmat deus aliquo signo uisibili. Quia humanus captus est imbecillior, quàm ut possit parari sine externo uisibili signo. Illa signa externa alij uocant sacramēta, ego sacramēta signa. Quartum. Abrahæ promisit deus semen, in quo benedicerētur oēs gētes, huic promissioni addidit signum circumcisionis, credens huic Abraham, iustificatus est. Sic nobis promissa est peccatorū cōdonatio, huic signa sunt addita, lotio, absolutio, uesci Eucharistia, quæ signa sunt promissionis alieuius. In ueteri uero testamēto fuerūt promissa bona tēporalia. Nouo testamēto promissio facta est rerum spiritaliū, hoc est, iustitiæ seu gratiæ. Est ergo hæc summa euāgelij. Dominus promittit remissionē peccatorum, & gratiam omnibus credētibus in Christū. & hanc promissionē cōfirmat signis, lotionē, absolute, uescēdo Eucharistiā. Oportet ergo additas esse promissiones his tribus signis. Lotioni, Qui crederit & baptizatus fuerit, hic saluus erit. Absolutioni, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Eucharistia, Corpus quod tradetur pro uobis. Item, Sanguis qui effundetur pro multis.

Fidei uocabulum est correlatiuum ad promissiones Christi, siue de Christo, ut patris ad filiū, domini ad seruū. Signum sacramētale, est quo admonemur promissionum diuinarum. Uusus sacramenti, est contem-  
platio

platio signorum per quam credimus, & arripimus  
promissionem diuinam. In regno patris mei, id est, in  
ecclesia, hoc est, post resurrectionem meam, in eccle-  
sia bibetis sanguinem meum.

**EGO TAMEN NVNQVAM**  
patiar scandalum.

**¶** Est humana fragilitatis & temeritatis exemplū.  
Deus uoluit suos electos etiam labi, quo declararet, no-  
bis non desperandum.

**COEPIT AFFICI DOLORE**  
& mœstitudine.

**¶** Pauoris Christi tres uidentur fuisse causæ. Na-  
turalis metus, quo natura horret mortem. Item quod  
Christus præsciebat gentis iudaicæ casum, atq; adeo  
totius generis humani ingratitude. Sed hæ duæ  
causæ collatæ cum tertia plane nihili sunt. Fuit autē  
tertia, eademq; summa, sensus quidam desertionis &  
ire diuinæ, quo fluctuabat Christus inter infernum et  
uitam. In hoc pauore facta est despoliatio donorum in  
Christo, ut iam non concludat argumentum de chari-  
tate, quod ubi sit perfecta charitas ibi non sit timor.

In Christo fuit perfecta charitas, nihilominus

pauor, nam in hac afflictione & angustia,

despoliatio quedam charitatis facta

est, quod scilicet subrahente se

diuinitate, non flagra-

uit chari-

tas.

ANNOTATIONES P. MELAN.

LECTORI SALVTEM.

**H** Asce annotationes in historiam passionis do-  
mini, Christiane lector, addidimus, cum quia  
non secus habuit exemplar oblatum, quod tamē ut ex  
criberemus, amici quidā opportune importuni contē  
derūt. tum quia, quicumq; sit autor (nam Philippi nō  
esse, uel stilus argumento est) paucis quidem rem, cæ  
terum fortasse non ἀπεγοργισως explicuit. Hoc te  
admonitum uoluimus. Vale.

PASSIO DOMINI.

**S** ERVIRE ME FECISTI IN PEC-  
catis tuis, & præbuiſti mihi laborem in iniquita  
tibus tuis. Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquita  
tes tuas propter me, & peccatorum tuorum non re  
cordabor. Esaie. 45.

**V** Erba hæc duo habent, principio enim admo  
nēt nos infirmitatis nostræ, deinde addūt &  
consolationē. Verbum enim consolationis est, quia ipse  
deleat peccata, nō propter nos, sed propter se & no  
men suum, factus maledictū ut nos a maledicto libe  
raret, peccatum, ut nostras deleret iniquitates, mor  
talis, ut nos immortales redderet, mortuus deniq; ut  
nos uiuificaret, uerteretq; in medicinam, & in pec  
cati remedium, quod erat peccati pœna. Quæ omnia  
ut in speculo uite nostræ, in historia passionis contem  
plabimur, si Christum prius agnum uerum ostenderi  
agnus. Huc accerse. 12. ca. Exodi. Decima die offertur  
agnus

agnus, nempe omni carne sub peccato conclusa, incipit **Locus Exo**  
 mus tollere hunc agnum. Quod autem iubetur quisq; di. 12. expli  
 accersere proximum, admonet nos charitatis. Chri- catus.  
 stus absq; crimine, agnus est sine macula, masculus nō  
 foemina. Robustior enī uir est, animoq; magis arduo.  
 Et de gregibus tolletis eum, magno mysterio dictum  
 est. Christus enim de nobis sumptus est, ex carne no-  
 stra. Daniel enim propheta nos capros, hœdos, hir-  
 cos appellat. Postremo, quisq; nostrum offerat hunc  
 agnum, id quod fit hoc modo, si in eum nos totos reie-  
 cerimus, imponentes ei peccatum nostrum. Poste de-  
 xtro, memoriā, poste sinistro, intelligētiam, super-  
 liminari, uoluntatē intelligi uolunt sancti patres. Me-  
 lius forte diceretur, spiritū, animā, & carnem, Chri-  
 sti sanguine purgari. Ignis in scripturis tribulationē  
 nōnunq; significat. Aqua coqui agnū, est humanis tra-  
 ditionibus scripturā inficere. Caput enim pedibus, id  
 est, diuinitatem in humanitate, uel potius communio-  
 nē sanctorum significat. Nil remaneat, id est, fides  
 quoq; peribit, hoc enī tempore quoad uiuimus ualet fi-  
 des, in alia uita non item. Renes uestros accingetis.  
 Cingulū expressit Esaias. ca. 11. Fides cinctoriū re-  
 num eius, fides deinde in corde facit deū cognoscere,  
 docetq; singula quæ facienda sunt. Calceamenta habe-  
 tis. Hunc locum Paulus ad Ephe. 6. exposuit. State,  
 inquit, accincti, et calceate pedes in præparationē e-  
 uāgelij. Vides calceamēta esse præparatoriū euāgelij  
 pacis

ANNOTATIONES P. MELAN.

pacis. Deinde calcei sunt, ne impingamus ad lapidem pedes nostros, hoc est, uerbo promissionis custodiuntur, imò purgantur affectus, muniunturq; ad obsequium fidei. Inquinantur facile affectus nostri, ideo erudiendi sunt, & sanandi in euangelio pacis, ut quietam habeamus conscientiam, & pacem animorum, adeò etiam quòd si peccauerimus, si perijt pax, innouāda & restauranda est uerbo euāgelij. Tenentes baculū. Per baculum, uerbum significat, quo figamus pedem, & in quo herendum est nobis. Est enim transitus pascha, scilicet domini. Transire, in scripturis pati est. Comeditis festinanter, id est, parati eritis exire mūdum, parati eritis ad mortem. Sic enim & Christianorum uita transitus est, quia non habemus hic locum manentem, fugiendum est ex Aegypto.

Non comeditis panem fermentatum, id est, nihil prädicemus, nisi enucleatum per nouum testamentū. Scriptura enim, est rota in rota, iuxta Ezechielem. Estq; hæc summa huius loci. Spiritus uiuificat, litera occidit. Hic itaq; agnus Christus est, qui iuxta Apostolum, pascha nostrum immolatus est. Ita enim orditur Mattheus passionis historiam cap. 26.

SCITIS QVIA POST BIDVVM  
pascha fiet, & filius ho. &c.

Quo loco singula sunt ad animi cogitationē reuocāda. In cœna enī oēs ad mēsam steterūt Apostoli, renibus succicti, in manibus tenētes baculos, calceati, qbus ministravit Christus. Deside=

DESIDERIO DESIDERAVI. &c.

**M**irum est, aliquē gaudere in malis, id est, in angustia & passione. Est autem signum flagrantissimæ charitatis, atq; hic observabimus charitatis naturam, ut perdat omnia.

**A**ula triclinium, uel diuersoriū allegorice, ecclesia est. Cœna fidei cōmunio. Agnus Christus est. Postea qd' inter uescēdū dicit. Amē dico uobis, quia unus uestruū me traditurus est. Sic intellige, quòd in cōmune dixerit hæc uerba, alioqui nō fuisset opus, hoc uerbū restringere ad duodecim. huc accerse. ca. 13 Ioan.

**H**istoria huius capituli hos ferè habet locos. Primo. Christi exemplū est. Sicut enim ipse mortuus est, ita nos moriamur peccato, uiuamus autem iustitiæ. Deinde exemplum humilitatis Christi, qui procumbit ante pedes discipulorū. Lauat autem discipulorum pedes, non manus, quoniam baptizati habent adhuc noxios quosdam affectus, subinde tota uita purgandos. Deposit uestes, id est, exiit se omnibus iustitijs suis, & quicquid habet uirtutum, gloriam, nomē, famam perdit, ut nos saluet, & id perfectissimum est charitatis exemplum, quo admonemur, ut ij qui habent gratiā, humilientur, atq; iuuent proximum. Petrus gessit magistratum exemplum, qui uolunt aliquid fieri contra statuta sua, qui acriter obiurgatur à Christo. Agnoscunt autem sese illi, postquàm Christus aquam in peluim infuderit. Pelus deinde latum uas est, unde facilli

Nō lauabis  
mihi &c.

G me

ANNOTATIONES P. MELAN.

me uerbum propagatur. Vasa enim in scripturis sunt uerba uocalia & instrumenta uerbi. Aqua est intellectus legis, quē infudit Christus per predicatores noui testamenti. Occultabatur uerbū olim, quod reuelatū est iam per Christum, id quod & significabat uultus Mosi, in quem non potuerunt intendere filij Israël. Postremo, hæc pedum lotio durat quoad uiuit homo, quoniam quædam sunt purgandi pedes, id est, affectus. Vide Lutherū in Antilatomo. Porro beneficij est diuini, quod ipse lauat pedes. Siquidē illo scribente in cor legis intellectum, probe scribitur. Moses facit legis odium, Christus uero facit legem nobis gratissimam esse. In theco præcingi, significat eum talia quæpiam a se ipse persequi, quæ non a se sequimur, nisi fide. Fidei enim negocium est, ut Christum comprehendamus uerbo fidei.

SVMIT VESTEM.

**R**ursus Christus & magistrū se dici gaudet, quod exemplum sequitur ij, qui præfecti sunt cæterorum, ut superioris & inferioris personam gerant accommodantes se ad quorūcunq; captum. Attende Christi modestiam, qui Iudam traditorē non traducit palam, sed tolerat eum, subinde tamen admonens eum locis apertissimis, nimirum à dei iudicio sumptis.

INSTITVTIO SACRAMENTI

Eucharistiæ.

**C**oenantibus eis, accipiens IESVS panem, benedixit ac fregit. Luc. 22. cap. De hac consule Captiuitatem



uitatem **B**abylonica & **H**ypotyposes titu. de signis,  
& titu. de participatione mensae domini.

**D**einde postquam lauit pedes eorum, accepit uestimenta sua. Cumq; rursus consedisset, incepit dicere Iuda, **Q**ui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum, ut adimpleatur scriptura. **Q**uo loco summopere obserua, **C**hristum semper se accomodare scripturis. **D**einde, **C**hristum nonnunquam esse merum deum, nonnunquam hominem desertissimum ac despectissimum. **V**triusq; & dei & hominis officium, suis sequitur personae habitus, & sermo. **D**iuinitatis uerbum est, **E**go scio quos elegi. **H**umanitatis uerbum, **V**t adimpleatur scriptura. **D**ocemur hoc loco quoq; quod & si desperemus de profectu fratris nostri, ne cessemus assiduo, illi scripturae uerba inculcare. **I**tem, malus non statim a nobis reijciendus est, imò utcunque tolerandus, quia membrum est corporis nostri. **N**onnullius metu uel respectu ueritas tacenda est. **I**udas fuit primarius discipulorum, & summo loco habitus, quod dicitur a Ioanne. **E**rat autem recumbens unus ex discipulis eius. **E**t c. **V**ide, ut solus Ioannes agnoscit Iudam, id est hypocrisim, & uanam speciem operum. **N**emo agnoscit hanc, nisi in ueritate constitutus. **H**uc pertinet locus **L**uca de contentione inter discipulos facta, quae sicuti tum coepta est, ita nunquam finietur. **V**ide, ut passus sit **C**hristus cadere suos.

**P**ergit **L**ucas, **C**um misit uos sine sacco & c. **P**rimo

**G** 2 obseruan-

ANNOTATIONES P. MELAN.

obseruandum, gladium hoc loco non significare authoritatem, sed id quod Paulus dixit, nimirum uerbum dei, id quod ex circūstantijs textus facile accipiemus. Primo enim dixit Christus. Ecce satanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticum. Gladio uerbi hic repellendus est, atq; adeò dimicandum erit uobis contra eos qui dicunt, quòd Christus sit computatus inter iniquos, id est, hoc conabitur satanas, ut auferat de cordibus uestris Christū. Dein, liquet ex Christi increpatione ad Petrum: Quomodo implebuntur scripturae? Gladio ergo quo uti debent Episcopi, sit uerbum dei, nullum alium pro Petro, & pro alijs Apostolis, nouit scriptura. Hic nunc orditur Christus mysterium passionis. Fuit enim destitutus fiducia cordis sui, & adeò relictus, ut nihil restaret, nisi solum uerbum dei capescendum, quo spiritū tentantē repelleret.

ET HYMNO DICTO EXIERUNT.

Meditaturus passionem Christi, exige historiam à circūstantijs, à personis, locis, tēpore. Primo uide Christum in ista sublimi tentatione plane factum exanimem atq; desperatum. Iamq; rursus animo confirmatum, atq; stantem erecto spiritu, confirmantemq; se ipsum, ac dicentem. Surgite eamus.

NE INTRETIS IN  
tentationem.

Huc ad fer. cap. 14. Marci. Deinde assumit Petrū & Ioannem & Iacobum, quo loco concipe hominem  
auxilia

auxilia quærentem, & in sinu amicorū præcipuonē  
 præ nimio dolore festinantem, sicuti plane Christus,  
 cum in carne uixisset, passus est, & fecit omnia ope-  
 ra, quæ carnē sequuntur, ita tristatur sine simulatiōe.

MYSTERIVM.

Monemur Christi exemplo, mortē adamādā esse,  
 quoniā in mortē baptizamur omnes, Roma. 6. Quā  
 doctrinā et exēplū secuti sunt martyres, secuti sunt  
 et in pueri innocentes, quasi uelites huius pugne. Po-  
 stea uero Christus ipse moritur, qua prophetia præ-  
 dictum est hoc, quod futurū est in fine ecclesie, ubi ue-  
 ritas ipsa succumbet, hoc est, gratia, misericordia.  
 Hæc autē tractabuntur ab impijs Caiphis, Annis, &  
 Herodibus, et tādē à Pilatis, ut tractatur hic Christus.  
 Postremo itaq; peribit fides, neq; restituetur, nisi per  
 extremū diē. Hoc idem significat, quod Iudas uenit  
 magna militum & populi multitudine cum laternis  
 & facibus et armis. i. humanis doctrinis. Verba siqui-  
 dem potentia ad damnationem & seductionem, dicū-  
 tur impiorum arma in scripturis.

Itaq; in postremis diebus captiua ducetur, cum fa-  
 cibus & laternis humane sapientie, & armis huma-  
 narū traditionū, Adeo etiam ut tollatur penitus, quic-  
 quid est ueritatis, superstite humana cōstitutiōe. Tra-  
 ditur autē Christus osculo, quia ij quos diximus, præ-  
 textent suis constitutionibus summam pietatem. Eritq;  
 hæc postrema persecutio, potentia & dolus.

G 3 Porro

ANNOTATIONES P. MELAN.

**P**orrò uide humanum consilium in hoc quòd dixit Iudas, Quemcunq; osculatus fuero, hunc tenete. Deinde quod sicut loquente Christo, Iudæi abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram, ita refugunt quidam ueritatem, sed non uertuntur in melius. Malitia nempe, ut Chrysostomus ait, & si cõfundatur aliquoties, conuincitur tamen nunquam. Postremo hæc erũt tempora periculosa ubi succubet ueritas. Veritas quidem triũphauit, & uicit tempore martyrũ, & apostolorum, postremis autem temporibus non item.

**SPIRITVS QUIDEM**

promptus. &c.

**S**unt qui hæc uerba discipulis dicta exponãt. Sunt item qui hæc de seipso loquutum fuisse asseuerent, & melius forte de Christo intelligenda sunt. Ita ecclesia semper habet pugnam carnis et spiritus. Erunt enĩ in fine mundi in ecclesia, cuius facies hic adumbratur, boni multi, quibus nihil erit maius in uotis, quàm salus ecclesie, quam tamen non assequentur. Iam uero quàm horrendum est, ueritatem Christi in fine ecclesie ita infirmari, propter potentiam Iudæ & aliorum.

**V**erbum hoc, Quid dormitis? apud Lucam, trepidantis est & pauentis. Deinde quibusdam uerbis hortatur eos ad orandum.

**O**sculo filium hominis tradis, increpatorium est. Seruum percussum à Petro, anteq̃ captus sit Christus, circumstantia textus ferè indicat. Primum enim surrexit ab

xit ab oratione, procedens in occursum illis, à quibus tamen non cognoscitur. Igitur interrogat, quem querant. Cui respondent, Iesum Nazarenum. Porro prosternuntur, & magis ueritate irritantur. Et rursus rogat, Quæ queritis? Cui idem respondent quod antea. Et tum demum dicit, Dixi uobis quia ego sum. Interim Petrus adgressus est seruum cum lucerna, dicens, ut inquit Lucas, Domine si percutimus in gladio.

QVASI AD LATRONEM EXISTIS.

¶ Velut dicat, nisi uoluisset, non duceretis me captiuum. Est igitur locus predestinationis, non uult Petrum pugnare, quod significat deum impediturum, quo minus in fine ecclesie uerbum predicaretur, quia hora tenebrarum est. Ita enim oppressa ueritate regnabit iniquitas, potestas impiorum dominabitur in ecclesia, et nemo poterit resistere illi, quia omnia fiunt sub specie osculi. Quis uero tandem psychotyrannidem illam domiturus sit, consule Anticatharinum.

AN PVTAS QVIA NON POS. &c.

¶ Arguit temeritatem Petri dicens, An putas, quia non possum rogare patrem meum, ut mittat. &c. i. credis ne patrem liberaturum me, nisi sic oporteret fieri. Ita posset quidem dominus in fine ecclesie, multos quidem suscitare concionatores atque episcopos, nisi Christus ipse, id est ueritas quodammodo opprimenda esset.

DE NEGATIONE PETRI.

¶ Vbi abnegauerit Christum, concordia Euangelista-

ANNOTATIONES P. MELAN.

rum difficilis uidetur duabus rationibus. Primū, quòd quidā ex eis dicūt, Petrū abnegasse Christū semel in curia Annæ, bis in curia Caiphæ episcoporū. Alij asserunt Petrū ter abnegasse Christū in domo Annæ. Secundo, nō est hic facile ut iudicemus, propter uarietatem quærentiū Petrū. Ioānes enī dicit Petrū compellatū esse ab ancilla ostiaria. Lucas diuersum sentit à Ioanne, quia dicit, hoc factū esse ad ignem. Concordabimus tamē eos utcūq; nam Euāgelistæ nō curauerūt admodū conditiones personarū, sed satis fuit illis, exprimere Christi uerbū, quod dixerat ad Petrū, ad retundendā temeritatē Petri, Anteq̃ gallus emittet uocē suā, ter me negabis. In hoc enī cōstanter consentiunt, quòd quisq; pro se repetierit ternā Petri negationē.

ANNÆ QVÆSTIO.

¶ Voluit Episcopus Christū humiliari ante se, ideoq; magno supercilio quærit, palām exigēs obedientiam præstari sibi dicens. Faterere hic tu, qualis sit & fuerit doctrina tua? ad me enī pertinet, de scripturis iudicare. Qui respondet modestissime, tacens & de discipulis & doctrina, testimoniū dans ueritati. In templo, inquit, docui, nō in angulis, adeo etiam ut nullū hominum possit latere doctrina mea, Exemplo Christi ferenda est etiā qualiscunq; iniuria, sed hoc cauendum, ne probemus iniuriam, hoc est, ne consentiamus illis, quòd bene faciant, qui tyrannidem exercent.

¶ Gallus lux est conscientie, atq; per hāc lucē respicit ad

cit ad **Petrū** **Christus**, patrato peccato. Ita fiet olim ut qui abnegauerint ueritatem, perdiderit **Christum**, nihil habeāt reliquū, quā solū fletū. Voluit aut in peccatū cadere, & precipitari **Petrū** **Christus**, magna exēplo, ne ecclesiae rectores superbiāt, & presumāt. Est autem hic locus magnum exemplū misericordiae diuinae, & mirū est, quāto studio oēs euāgelistae descripserit abnegationē **Petri**, quoniā Euāgeliū cōmendat & praedicat suauitatē & misericordiā dei. Porro periculū est, si presumptuosus quisquā utatur hoc mysterio uerbi. Futurū est enī, ut cadat tota administratio. Sit ergo talis episcopus, q̄ possit misereri aliorū.

ADDVCUNT ERGO

IESVM ad Caiphā.

**¶** Id quod **Marcus** dicit, **Omne consilium nihil inuenisse contra Christum**, propter quod morti cum adiudicarent, locus is itaq; ad innocentiam **Christi** pertinet. Quia uero **Episcopus** uel summus sacerdos querit, an **Christus** sit filius dei uiui, respondet, testimoniū dans ueritati, ad mendacia plane nihil respondet.

**¶** **Iudaei non ingressi sunt praetorium**, ne contaminarentur, hoc nimirum consilio, ut male causae suae bonam speciem praetexerent, dicente hinc populo, certe ij iusti sunt, quoniam mordicus patrum constitutiones tenēt. Exiit **Pilatus** sciscitaturus crimē, more Romano, penes quos irreligiosum habebatur, aliquem inauditum, neq; dicta causa condemnari.

G S Christi

ANNOTATIONES P. MELAN.

Christi responsum, quod dedit Pilato, acutum est. Dicit enim. A temetipso hoc dicitis, an alij tibi dixerunt de me? Si a temetipso hoc dicitis, iam responsum est tibi. Si uero alij tibi dixerunt, illos quere, unde sciant me esse regem Iudaeorum.

Christus ab Herode illusus remittitur ad Pilatum. Pilatus uero potius Christum saluum optans, quam damnatum, excusat eum, tum quia nihil ipse inuenerit in eo dignum morte, tum quia nihil Herodes.

Deinde credens se nactum occasionem quandam liberandi Iesum, cum rogasset populus, ut testatur Marcus, dimitti sibi aliquem fontium (qui mos relictus erat Iudaeis, ob memoria transitus Aegypti) proposuit populo Pilatus Iesum et Barrabam, nihil haesitans, quin Christum liberaturi essent. Beneuolebat enim Christo, quia sciebat iuxta Marcum, quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Pontificum autem instinctu concitata est turba, ut posceret Barrabam, non Iesum. Induunt rursus Christum sua ueste, ut ab omnibus etiam peregrinis, qui ad diem festum conuenerant, cognosceretur. Flagellatus est autem Christus, antequam duceretur ad locum supplicij, more Romano, penes quos nemo occidebatur, nisi prius uirgis caesus. Verbum, Ecce rex uester, commiserantis est. Non frustra est, quod Iudaei uolebant Christum affigi cruci. Cupiebant enim plebem hoc consilio fallere, ut quia scriptum esset in lege, Maledictus omnis qui pedet in ligno, Christum, quoque a deo



a deo maledictum esse, ut eo modo periret Christus, et illius bona fama ac opinio, claritas miraculorū, et quicquid erat in Christo boni.

¶ Porro adiungunt illi duos latrones, in quorum medio ipse duceretur, tanquam antesignanus quispiā latronum. Tandem cogunt Christum ipsum suam ferre crucem, alios non item. Postremo, mors crucis tā erat ignominiosa, ut nemo auderet crucem uel tangere, ne contaminaretur. Ideoq; quasi ad seruile officium impulerunt Simonem illum Cyrenensem.

¶ Lignum uiride Christus est, aridum, omnis Christianus, hoc quidem dicit mulieribus filiabus Hierusalem. Castigatio hęc est, qua consideremus, longe melius esse meditari, nos cōmisisse, propter quæ hęc fecerat Christus. Nostra enī fert in humeris suis peccata.

PATER DIMITTE ILLIS. &c.

¶ Quod uerbum ad omnes homines pertinet, quoniam omnes nescimus, quid facimus.

¶ Fides latronis firmatur uerbo Christi, quo dixit, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Posuerunt corpus Christi in monumento exciso, id quod pertinet ad morem gentis Iudææ.

DOMINE RECORDATI

sumus, quia seductor &c.

¶ Exemplum humane prudentiæ est, quæ aduersus deum nihil ualet, Nempe mentitur iniquitas sibi ipsi.

F I N I S.

I N D E X

<b>A</b> <u>B</u> dicare affectus 39	est.	9.b
<b>A</b> bsolutio peccato	<b>B</b> aptismus nostrarum ten	
rūper <u>E</u> uangelium 9.a	tationum & aduersita-	
<b>A</b> de generatio 3.a	tum est ancora. 9.b	
<b>A</b> dorare demonē qd 10.b	<b>B</b> aptismus symbolum ua	
<b>A</b> duersitates 10.a	riarum aduersitatum,	
<b>A</b> d iustificationem duo sunt	quibus purgari carnem	
neceſſaria. 30.a	oportet. 9.b	
<b>A</b> edificantes 41.b	<b>B</b> eatum eſſe. 33.b	
<b>A</b> ffectus non sunt in pote-	<b>B</b> oni bifariam. 29.b	
state noſtra. 11.b	C.	
<b>A</b> ffectum homo mutare ne	<b>C</b> anes & porci. 20.a	
quit. 28.a	<b>C</b> aput anguli. 41.b	
<b>A</b> licna fides efficax 22.b	<b>C</b> eremonie. 27.b	
<b>A</b> liorū alia beatitudo 12.a	<b>C</b> hriſtū nouiſſe quid. 29.a	
<b>A</b> liunde pacem querere, q̄	<b>C</b> hriſtus rex 40.a	
à Chriſto. 42.a	<b>C</b> hriſtus filius & domi-	
<b>A</b> nimi affectus intimi, Iuda	nus Dauidis. 42.a	
orū opinione minima pec	<b>C</b> hriſtus agnus. 47.b	
cata uocantur. 14.a	<b>C</b> hriſtus incarnatus noui	
<b>A</b> ntichriſtus non eſt una p-	teſtamenti teſſara. 6.b	
ſona. 44.a	<b>C</b> hriſtus per ſugium pec-	
B.	catoris. 9.a	
<b>B</b> aptizare ſpū ſancto. 9.b	<b>C</b> hriſtus exemplū & au-	
<b>B</b> aptizare ſymbolū eſt re-	thor uiuendi. 9.b	
miſſi peccati. 9.b	<b>C</b> hriſti ſunt omnes uicto-	
<b>B</b> aptismus ſine fide nihil	ria, omnes omnium cre	
	dentium	

I N D E X.

<u>dentium triumph.</u>	10.a	<u>Fermentum</u> , uerbum dei.	29.a
<u>Christum uenire</u> qd.	40.a	<u>Fides</u> caput & initium iu-	
<u>Christus nihil exigit</u> , ni-		stificationis	46.a
hil minatur.	40.b	<u>Fides</u> quid.	ibidē.
<u>Cibus.</u>	30.b	<u>Fructus</u> aduersitatum.	12.b
<u>Coelibatus.</u>	37.b	<u>Fructus</u> cordis nostri pec-	
<u>Comunio euangelica</u>	18.a	cata.	32.a
<u>Confessio spiritalis</u>	34.a	G.	
D.		<u>Gehenna.</u>	15.a
<u>Dare</u> beatius quam acci-		<u>Generatio</u> Adae.	3.a
pere	43.b	<u>Generatio</u> Iesu Christi. ib	
<u>Dauid</u> pugnavit & uicit.		<u>Gratia</u> opus duplex	9.a
<u>Decem uirgines</u>	45.a(38.b)	H.	
<u>Deus</u> non permittit nos te		<u>Hebdomada.</u>	44.a
tari supra quam ferre		<u>Homicidae</u> qui.	14.b
possumus.	10.a	<u>Hominum</u> opinio de Chri-	
<u>Diuortium.</u>	37.a	sto.	33.a
<u>Diuortium</u> hodie quid.	16.a	<u>Homo</u> secundum naturam	
<u>Dolet</u> Christo diffidentia		suam non potest nisi ma-	
nostra.	35.b	lum.	28.a
E.		<u>Horror</u> et agnitio pecca-	
<u>Ecclesia</u> quid	37.a	ti ex lege.	9.a
<u>Euangelium</u> quid.	2.b	<u>Humilitas</u> spiritus.	36.a
<u>Euangelij</u> summa.	6.a	<u>Hypocritas</u> cur diris de-	
<u>Euangelica</u> paupertas.	38.a	uouit Christus	43.a
F.		I.	
<u>Fames</u> spiritus.	10.a	<u>Idololatria</u> quid.	18.b
		Ieiuni-	

I N D E X.

<u>Ieiunium</u>	19. a	N
<u>Ignis, i scripturis qd.</u>	48. a	<u>Nū iurare liceat.</u> 16. a
<u>Iudæ duo filij.</u>	4. b	<u>Ne offendam<sup>9</sup>, abstinēdū</u>
<u>Iudæi qui.</u>	41. b	<u>à cibis interdictis</u> 31. b
<u>Iugum quid.</u>	27. a	O
<u>Iurare p aurū tēpli.</u>	43. a	<u>Oculus dexter, sinist.</u> 15. b
<u>Iusti.</u>	24. a	<u>Oculus simplex, nequā</u> 19. b
<u>Iustitia duplex. 11. b.</u>	14. a	<u>Offensi in Christo q.</u> 26. a
L		<u>Officiū Ioannis.</u> 26. b
<u>Lampades.</u>	45. a	<u>Oleum</u> 45. a
<u>Lex.</u>	2. a	P.
<u>Lex sine gratia.</u>	9. a	<u>Panis.</u> 32. a
<u>Legis opus.</u>	11. b	<u>Pauperes spiritu.</u> 12. a
<u>Lex statuitur.</u>	13. b	<u>Paupertas euāg.</u> 26. b. 38. a
<u>Legum diuisio</u>	20. b	<u>Paupertas euāgelica præce</u>
<u>Leges naturales.</u>	20. b	<u>pti est, nō consilij.</u> 38. b
<u>Legū naturaliū ordo.</u>	20. b	<u>Paupertas euāgelica in ero</u>
<u>Lux.</u>	13. a	<u>gādo cōsistit, mēdicitas</u>
M		<u>in recipiendo.</u> 38. b
<u>Magistratus Christiani offi</u>		<u>Pax duplex.</u> 26. a
<u>cium.</u>	17. b	<u>Pax interna esse neqt, nisi</u>
<u>Mendicantes temere.</u>	18. a	<u>sit externa psecutio</u> 13. a
<u>Mendicitas non est pauper-</u>		<u>Peccatores.</u> 24. a
<u>tas euangelica.</u>	38. b	<u>Peccatoris cōuersio quali</u>
<u>Misericordē esse.</u>	12. b	<u>ter fiat.</u> 8. b
<u>Misericordia citra gratiam</u>		<u>Perfectio exigitur</u> 10. b
<u>fieri nequit.</u>	12. b	<u>Persecutio.</u> 13. a
		Petra

I N D E X

<u>Petra</u> quid	34.a	dita.	46.b
<u>Petrus</u> satan	34.b	<u>Stella</u> quid.	7.a
<u>Phariseorū</u> lex	31.a	<u>Symbolum</u> Christiani mī	
<u>Portæ</u> in scripturis.	41.a	litis.	13.a
<u>Pœnitentia.</u>	8.b. 9.b		
<u>Pœnitētia</u> Ioānis et Chri-		T.	
sti eadem.	9.a	<u>Tētationū</u> genera tria	10
<u>Primi</u> nouissimi	39.b	<u>Tentatio</u> quoties oboritur	
<u>Promissiones.</u>	46.a	ad Christū uictoriae au-	
<u>Promissionibus</u> signa ad-		torē confugiendū.	11.a
dita.	46.b	<u>Theaurū</u> inuenire.	29.b
		<u>Trāsfiguratio</u> quid.	35.a
		<u>Transire</u> in scripturis	
		quid.	48.b
<u>Quæ</u> prohibentur diuer-		<u>Typus</u> diuersorum semē	
sa sunt.	17.a	nū in agro.	20.a
<u>Qui</u> uere lugent.	12.a		
		V.	
		<u>Vbi</u> iurare liceat.	17.a
<u>Raca.</u>	14.b	<u>Vera</u> excōmūicatio.	36.b
		<u>Vera</u> de Christo confessio	
		unde.	33.a
<u>Sabbathum.</u>	27.b	<u>Verbū</u> dei.	21.b. 25.b
<u>Sabbathū</u> hodie diuini iu-		<u>Vēdere</u> omnia est gradus	
ris non est.	ibid.	infra legem.	38.a
<u>Sacerdotibus</u> deberi ui-		<u>Vestis</u> nuptialis.	42.a
etū, sed quibus?	29.a	<u>Vocationis</u> exēpla.	22.b
<u>Sal.</u>	13.a	<u>Vsus</u> uerbi quis.	30.b
<u>Serpētes</u> prudētes.	29.b		
<u>Signū</u> postulare.	10.b. 28		
<u>Signa</u> promissionibus ad		FINIS.	

I N D E X

... .. 244  
 ... .. 245  
 ... .. 246  
 ... .. 247  
 ... .. 248  
 ... .. 249  
 ... .. 250  
 ... .. 251  
 ... .. 252  
 ... .. 253  
 ... .. 254  
 ... .. 255  
 ... .. 256  
 ... .. 257  
 ... .. 258  
 ... .. 259  
 ... .. 260  
 ... .. 261  
 ... .. 262  
 ... .. 263  
 ... .. 264  
 ... .. 265  
 ... .. 266  
 ... .. 267  
 ... .. 268  
 ... .. 269  
 ... .. 270  
 ... .. 271  
 ... .. 272  
 ... .. 273  
 ... .. 274  
 ... .. 275  
 ... .. 276  
 ... .. 277  
 ... .. 278  
 ... .. 279  
 ... .. 280  
 ... .. 281  
 ... .. 282  
 ... .. 283  
 ... .. 284  
 ... .. 285  
 ... .. 286  
 ... .. 287  
 ... .. 288  
 ... .. 289  
 ... .. 290  
 ... .. 291  
 ... .. 292  
 ... .. 293  
 ... .. 294  
 ... .. 295  
 ... .. 296  
 ... .. 297  
 ... .. 298  
 ... .. 299  
 ... .. 300






inshoren knape ghekoren richter dussel nabesae  
kenne openbar in dussen breue vor als weme die  
eget richte dat dar sinderliges mit ordelen in  
et gopendorp in bekāde aldat vor sich in alle  
tenes godes wylke in wme begerte wulbart in en  
lippe hebbe onerglegene vpgelatenfalle recht  
de noch in tho kominē tuden kryge mochten der  
der summer tho Schpder in der hiesorp Gnoabe  
me gefit hefft in rochheuet van den wempe  
worgt der sulue edel tho rlyppe glegene hefft  
worgt in gultige poren in Couent des Cle  
in borch belege in alle mate als de worgt he  
in suslanghe ghehat hebbe dat to ewigen tuden  
wan somer worgē in saghe besperinghe edel hin  
Couet omē in syne eenē worder hebbe gheu  
kens hōne in m vesse anders ghemat de selk  
ft de strenghe knape hūrich in siefen le  
des edeln hern tho rlyppe worgt De der sulue  
ouet vor de sulue gudere worgt omē summe g  
in dar vpp wvsegelt Dar tho vor em in adiken l  
in gansse gheschick mit missen vigule in memo  
wie em dar vpp wvsegelt In de genante wvte  
e rechte manscup tho dōnde to alle tuden vor w  
e ewere to stē in vast to holden Vor dpl  
den de gh strenghe knapen dyrich van der hōnt




...sake (vme beide wolle n der beyder parte den  
...die horet edder leset wñ sut / dat vor my gekomme  
...sprecke / dar tho mitrechte gelieget waer De erb  
...vme erue wñ alle yene de des yemige wyb tho  
...en / Des edelen wñ walgebarn ymckeren ym  
...cht wñ edfall de he wñ syne erue wogf, hadde  
...den gudre tho brumbeke wñ alle oren thobe  
...berghe wñ horen in de godre gropendorp de d  
...wñ walgebarn bernd edel her tho tyne wa  
...wñ wñ singhe sumerger breue van syner gn  
...Chas wñ wñ ge huyum wñ wñ ser leue wñ wñ  
...de sulue goder mit oren tho behoringhe in  
...brake besitten na alle oer bequennichtit sñ  
...wñ wñ vock bekande de sulue Coet dat de  
...gheue dem sulue Coet wñ syne erue erin  
...selhone mit oer tho behoringhe de oren  
...bekere by dem blomberghe in der herfou  
...rechte leen her vñ houe / dar to em ock hebben  
...na syner ghewochte betaket na vthwysinghe  
...hustonne salygher wñ oer beyder kynder  
...wñ wñ tyden to byddende na vthwysinghe  
...sodanē erue kop guffe wñ vplatinghe  
...wñ syne eruen sñ wñ alle argelist gewere  
...plichtige huy an wñ oer were wñ dyt  
...wñ wñ wñ hardeke harnasmit bergme  
...wñ wñ wñ hebbe ic wñ ghehad richter woy



AB:47  $\frac{13}{d.1}$

(x2200184)

86.



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

B.I.G.

Farbkarte #13

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

